


[illegible]


ORTHOGRAPHIAE RATIO AB. ALDO. MANVTIO PAVLLI. F. COLLECTA

Ex Libris antiquis
Grammaticis
Etymologia
Graeca consuetudine
Nummis ueteribus
Tabulis aereis
Lapidibus amplius M D



Interpungendi ratio
Notarum ueterum explanatio
Kalendarium uetus Romanum, e marmore descriptum, cum Paulli Manutij, Patris, commentariolo, de ueterum dierum ratione & Kalendarij explanatione
Aldi Manutij, Aui, de uitiata Vocalium, ac Diphthongorum prolatione, πάρεργον

Cum priuilegio Senatus Veneti





VENETIIS. MDLXVI

PRAESTANTI. VIRO IVRIS. VTRIVSQVE. SIN gulari cognitione ornato FRANCISCO. MORANDO

Aldus Manutius Paulli F.
S. P. D



NVMQVAM eorum institutum probaui, qui eo animo se ad litteras conferunt, ut, praeter suam utilitatem, nihil curent. quo enim pluribus communicatur, eo nobilior est Virtus. Accedit illud, quod fama nominis nostri & propagatur scriptis, & perpetuo custoditur: qui est uberrimus, ac praestantissimus litterarum fructus. quamobrem eo semper cogitationes meae spectarunt, ut ea praestare possem, quae studiosis omnibus utilitatem aliquam afferrent, meumq. nomen posteris etiam proderent. in quo Aui mei, Parentisq uestigia cum sequar; si me dignum utro-

que non praebuero; imbecillitas inge-
nij mei culpam ſuſtineat; uoluntas qui-
dem reprehendenda non uidetur. Quae
uero praeſtare mihi licet, ea omni meo
ſtudio, diligentiaque, & curaui antea
& curabo donec uiuam. quod quidem
aetatis meae eſt, ut recte, & emendate
ſcribendi ſcientiam, quam uocant Or-
thographiam, conſequerer, in hoc ela-
boraui diligenter: quaeq. aliquot men
ſium ſtudio collegerim, numquam ede
re auſus eſſem, niſi tua me ſingularis au
ctoritas, FRANCISCE. MORAN-
DE, uir omni laude praeſtans, in hanc
mentem impuliſſet. cur enim tibi non
obtemperarem, cuius & ſubtile iudi-
cium, & eximiam doctrinam quotidie
Pater meus in ore habet? qui nos ita di
ligis, ut de noſtris ornamentis, atque
commodis, nemo laboret magis? quem
omnes boni, ac eruditi uiri, ſemel allo-
cuti, ob ingenium, probitatem, comi-
tatem, tanti faciunt, ut amicitiae tuae
nihil anteponant? Quae cum accurate
cum

cum animo meo considerarem, putaui faciundum, ut haec nostra, quæcumque sint, tuo nomini inscripta emitterem; quod esset, primum, studij in te mei perspicuum argumentum apud omnes; deinde, firmissimum aduersus eos praesidium, qui, alienae laudis inimici, libentius improbant, quae excusari tamen aliqua ratione possunt quam laudant, si quid laude dignum est. Ego, dum tibi, tuiq. similibus, non displiceam, quid reliqui sentiant, parum laboro. nam, ut omnibus eadem probentur, fieri uix posse arbitror. In hoc libello consuetudinem Antiquorum indicaui, ut eos, in scribendo, liceat imitari. usus sum lapidum, nummorum, ueterumq. librorum testimonio. etymologiae rationem ostendi: neque Graecam scripturam neglexi, quae interdum obscuram ueritatem illustrat. Quae studiosis non inutilia fortasse, tibi quidem, pro tua, in me, Patremq meum, beneuolentia, cui parem esse no

ſtram uelim credas, iucundiſſima fore non dubito. Atque hac ſpe excitabor ad ea, quae praeſtantiora ſunt: quae ſi conſequar, affirmo tibi, nihil antiquius me eſſe habiturum, quam ut ad tuam laudem omnia mea ſtudia, omnem curam, induſtriamque, conferam. Interim, ne meum animum ex hoc tenui munuſculo, ſed, ex animo rem ipſam ut ſpectes, etiam atque etiam rogo

Venetijs, M D L X I. Kal. Ian

ORTHOGRAPHIAE RATIO

ab Aldo Manutio Paulli F collecta

A, *pro,* AB, *ſine accentu ſcriberem, ex antiqua conſuetudine. quod ſi quando recipiendi, tunc uidelicet, cum ſententiam pateſaciunt. ideoq. doctis quibuſdam viris aſſentior, qui, Quod, & , Quam, ne pronomina uiderentur, interdum, apice ſupraſcripto, notabant. At in,* A, *pro,* AB; *& in,* E, *pro, Ex; & in,* O, *ſi accentum addas; nihilo magis, quid ſignificet, oſtendes. Confirmant noſtram opinionem Quinctilianus, libri, lapides omnes*

ABIICIO, *Adÿcio, & Obÿcio, malim, quam unica* I: *cum ſint a uerbo, Iacio; &* A *littera conuertatur in* I: *ut a Facio ſit Afficio, Conficio, Officio Reficio, & ſimilia: quae conuertunt* A *in* I. *Praeterea, ſi, Abicio, dicas; breuis erit prima ſyllaba quae producitur a Poëtis, ut etiam in uerbo, Obÿcio & Adÿcio. itaque in praeterito quoque dicimus, Abiecit, Adiecit, Obiecit, Reiecit, conuerſa in* E *ſecunda* I: *ad exemplum uerbi ſimplicis, Iacio. Unica tamen* I *in antiquis lapidibus legitur. ſed contra diſerte Gellius lib.* IV. *cap.* XVII

Praeneste, antiqua inscriptio, ab H. Antonio Coronato, erudito homine, meiq. amicissimo, exscripta, & ad me ad Vrbem missa. I

Tu . quae . Tarpeio . coleris . uicina . tonanti
Votorum. uindex. semper. Fortuna. meorum
Accipe.quae.pietas.ponit.tibi. dona.merenti
Effigiem . nostri . conseruatura . parentis
Cuius.ne.taceat.memorandum.littera.nomen
Caesius. hic. idemq. Titus. primusq. uocatur
Qui.largae. Cereris.messes. fructusq. renatos
Digerit.in.pretium.cui. constat. fama. fidesq
Et. qui . diuitias . uincit . pudor . ire.per. illos
Consuetus. portus. cura. studioq. laboris
Litora . qui. praestant. fessis. tutissima.nautis
Notus.in.Vrbe.sacra.notus.quoq.finibus.illis
Quos. Vmber.sulcare.solet.quos.Tuscus.arator
Omnibus.hic.annis. uotorum. more. suorum
Centenas.adicit.numero . crescente. coronas
Fortunae.simulacra. colens.et.Apollinis.aras
Aegeriumq.Iouem.quorum.consentit.in.illo
Maiestas. longae. promittens. tempora. uitae
Accipe.posteritas.quod.per. tua. saecula. narres
Taurinus. cari. iussus. pietate. parentis
Hoc.posuit.donum.quod. nec.sententia.mortis
Vincere.nec. poterit. Fatorum. summa. potestas
Sed . populi . saluo. semper. rumore. manebit

Vide etiam, ARENA

In Kalendario quoque Colotiano, quod nunc exstat *apud*

apud eximium Cardinalem, Rainutium Farnesiũ
MATERIAS. DEICIENTES, *legitur*

ACCENSVS, *non,* ADCENSVS. *libri, & lapides*

Romae, ad D. Benedicti. I

M. LIVIVS. AVG. L. SECVNDIO
ACCENSVS. DRVSI. CAESARIS
ET. ALVMNVS
M. LIVIVS. M. F. POL. MACEDONIC. F
IVLIA. TERTVLLA. VXOR
M. LIVIVS. M. L. PROSPER

In Vaticano. 2

Innocuus. aper. ecce iaces. non uirginis. ira
Nec. meleager. atrox. perfodit. uiſcera. ferro
Mors. tacita. obrepſit. ſubito. fecitque. ruinam
Quae. tibi. creſcenti. rapuit. iuuenile. figuram
T. Statilio. Vol. Apro. menſori
Aedificior. vIxit. Ann. XXII. M. VIII
D. XV
T. Statilius. Vol. Proculus
Accenſus. Velatus. et. Argentaria
Eutychia. parentes. filio. optumo. et
Orciuiae. AnthidI. uxorI. eius. ſibI
que. et. ſuIs
LibertIs. libertabus. poſterIs. que
eorum

ACCERSO, *& per* R *scribitur*, ARCESSO, *inquit Diomedes lib.* I. *cap.* IV. *Sed interest, quia, Accerſere, euocare eſt; Arceſſere, uero, aliquem accuſare, ſignificat, & ab Arceo naſcitur. etenim, alium accuſare, a moleſtijs arcere eſt. Idem tradunt Soſipater lib.* 3. *& Scaurus de Orthographia. Videndus & Priſcianus*

ACCIVS, *familia Romana, duplici* CC. *Sed & Acius, & Actius, & Atius, & Attius, aliae familiae, reperiuntur. De Accia cognoſcitur ex ſequentibus lapidibus*

Firmi, in Piceno. I

L. VOLCATIO. Q. F
VEL. PRIMO
PRAEF. COH. Ī. NORICOR
IN. PANN. PRAEF. RIPAE
DANVVI. ET. CIVITATIVM
DVAR. BOLOR. ET. AZALIOR
TRIB. MILIT. LEG. V̄
MACEDONICAE. IN
MOESIA. PRAEF. ALAE. Ī
PANNONIOR. IN. AFRICA
ĪĪ. VIRO QVINQ
FLAMINI. DIVORVM
OMNIVM. P. C
EX. TESTAMENTO. EIVS
POSITA

M. ACCIO. SENECA
:::: MANLIO. PLANTA
II. VIR. QVINQ

Brixiae. 2

P. ACCIAE. C. F
VERINAE
T. MAESIVS
LICINIANVS. VXOR
L. D. D. D

Nuceriae. 3

M. GENICIVS
MENECRATES
AVG. SIBI. ET
ACCIAE. MAXIMAE. VX
ET. SVIS

Luceriae. 4

M. ACCIO. A. F. PVP. PATRONO
SVO. ET. SIBI
M. . . . .
. . . .

ACILIA, *gens Romae, in qua Glabriones, unica C. libri, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus clarissimi uiri, Andreae Lauretani, patricij Veneti; qui habet,* M'. ACILIVS. IIIVIR. VALETV *& alius Rinaldi Odonij, auunculi mei, itidem inscriptus*

inscriptus; & alius Rainutij Farnesii, Cardinalis in quo est, M'. ACILI. BALBVS

Romae, ad D. Io. Lateran. in hospitij publici aede. 1

ACILIAE. M. F. IVSTINAE
P. SIRIVS. SERPICAMVS
MARITVS. VXORI. OPTI
MAE. ET. RARISSIMAE
ET. SIRIA. IVSTINA
FILIA. MATRI
DVLCISSIMAE ET
KARISSI.MAE. BE
NE. MERENTI
FECERVNT

In uinea Io. Poggij, Episcopi Tropien. 2

T. ACILIVS. T. F
CAPITO. GALE
RIA. BIRBILI
MIL. CHOR. X. PR
...7. MARI
VIX. ANN. XXV. MIL
ANN. IIII. T. P. I

In hortulis Matthaeiorum, trans Tiberim. 3

P. ACILIVS. FELIX
D. D. DIA. SVRIAE. CVM. SVIS

Tiferni. 4

C. ACILIO. C. F. PAL
POLITICIANO
EQVO. PVB. AED
Q. IIII. VIR. I. D. IIII VIR
QQ. PATRON. MVNC
DEC. VI. VIR. PLEBS
VRB. OB. MERITA
EIVS. L. D. D. D

Brixiae. 5

P. ACILIO. HELIODORO
VI. VIR. AVG. P. ACILIVS. HELE
NVS. FRATRI. PIISSIM

Taruisii. 6

ACILIAE. C. F. SECVNDAE
T. HELVIVS. T. F
SALINATOR
CENTVRIO. LEG. VII

AVCILIVS, *reperio in antiquo lapide Romae, ad D. Nicolai in Agone* 1

L. AVCILIVS
L. F. VOL
SECVNDVS
VIENNA

MILES. COH. XI. PR

7. PROCVLI

VIXIT. ANN. XXVIII

MILITAVIT. ANN. X

T. P. I

H. S. E

SIC *&, Faber Automatarius, in, Domitius &, Auromatarius a uice pub. in, Pollio &, Autius, de quo suo loco*

ACIVS, *unde,* ACILIVS, *unica* C. *lapides*

A. ACIVS. ARCHIATA

ACTII *quoque cuiusdam liberti cum* CT, *mentionem inuenio in lapide, Romae in pulchro uiridario collis Vaticani summi Pontificis, in quo sequentes litterae leguntur.* I. IVNONI

IVNIAE. C. SILANI. F

TORQVATAE

SACERDOTI. VESTALI

ANNIS. LXIIII

CAELESTI. PATRONAE

ACTIVS. L.

Eiusdem Iuniae alteram uidi inscriptionem, Romae infra Capitolium, ad Forum Mali aurei 2

IVNIAE. C. SILANI. F

TORQVATAE. VIR. VES

MAXIMAE

IVVENIO. L

ACTIVM, *promontorium, cum* CT. *libri ueteres, & Graeca consuetudo*

ADOLESCENS, *non*, ADVLESCENS, *libenter scribo, repugnantibus quibusdam antiquis libris. Adiuuat nostram opinionem auctoritas Festi, in quo haec legimus: Suboles, ab olescendo, idest, crescendo, ut Adolescentes quoque, & Adultae, & Indoles dicitur. Quod etiam confirmant antiqui lapides*

ADSCISCO, *non*, ASCISCO: *alioqui secunda littera praepositionis Ad periret: quae in compositione uel remanet, uel immutatur. remanet in, Adaugeo Adhibeo, Adhaereo, Adduco, Adbibo, Adscribo; mutatur in, Affluo, Affirmo, Afficio, Approbo, Allicio, Attero, & similibus. Ascensu tamen, absque* D *littera, legitur in sequenti inscriptione*

Tibure, ad D. *Siluestri.* I

Valeria. Athenais
fecit. Modiae. T. F. Paulinae. F
pijssimae. et. sibi. suis. posterisque
eorum. Vix. ann. XIII. M. XI. Hunc. lo
cum. uti. me. uiua. determinaui. cum
ascensu. gradum. VII. et. cippis. inscriptis
VII. collig. in circuitu. P. CCCXXX. et. ab. in
troitu. portae. superioris. descensus
dexterioris

dexterioris. parte.usque.ad. cippum.III.cum taberna.uia.Lata.a.pariete. P. V. cedere. debebit. et. pilas. structiles. II. usque. ad ianuam superiorem. Hypanpelus. huic. cedat. in. rigorem. maceriae.et. furcarum.et ara. in qua furcepem

AEBVTIA, *familia Romana, cum Ae diphthongo Graeci enim,* Αἰβέτιος

AEDITIMVS, *an,* AEDITVVS, *scribendum sit nōdum satis liquet. Varronis haec sunt, de re Rust lib.* I. *cap.* 2. *Rogatus ab Aeditimo, vt dicere didicimus a Patribus nostris; vt corrigimur a recentioribus Vrbanis, Aedituo. Idem tradit A Gellius, lib.* XII. *cap.* X. *a tuendis aedibus nomen deriuans. qui M. Varronem, in libro ad Marcellum secundo, de Latino sermone, sensisse dicit, magis Aeditimum scribi oportere, quam Aedituum quod alterum sit recenti nouitate fictum; alterum antiqua origine incorruptum. Vide & eundem Varronem, de lingua Lat. lib.* VI. *&* VII. *In antiquis lapidibus, Aedituus, non, Aeditimus; scriptum reperio*

Romae, in aedibus Atilij Delphinij patricij R.

D. M
T. FLAVIO. AVG. LIB
LIBERALI. AEDITVO
MARTIS. VLTORIS
CLAVDIA. EXOCHE
CONIVGI
BENEMERENTI. ET
SIBI. FECIT
VIX. ANN. LVII

In uinea Io. Poggij, Episcopi Tropien. 2

DIIS. MANIBVS. SAC
SER. SVLPICIO. AVG. L
ALCIMO. AEDITVO
AB. ISEM. PELAGIAM
VIX. AN. XXXVII. AEDITV
AVIT. AN. X. FECIT. VXOR
VENTRIA. APRODISIA
VIR. BENE. MERENT. MVL
INFELICISSVMA. ET. SIBI. ET. SVIS
L. L. P. EORVM

In musaeo Carpensi. 3

SECVNDA
LIVILLAES
MEDICA

TI. CLAVDIVS
CAESARIS. L
CELER. AEDITVS
A. VESTA

In hortis Carpens. 4

Cosmus. Aedituus. Matris. D..........
Antiocho. sacerdote. annIs. XII. eiusI........
ab. Imp. Augusto. gratIs. manumissus. ol......
supra. sunt. HS. N. L. donationis. causa. mancip

Romae. 5

D. M

ABASCANTO. AVG. LIB
AEDITVO. AEDIS. NEPTVNI
QVAE. EST. IN. CIRCO. FLAMINIO
FLAVIVS. ABASCANTIVS
ET. PALLANS. CAES. N. SER
ADIVTOR. A. RATIONIB
PATRI. PIISSIMO. FEC

&, 6

SOLI AETERNO
SACR
PRO. SAL. P. VALERI
CRISPI. SEPTEMTRION
SACERD. DEI. INVICTI
M. ANTONIVS. M. F. LIBER
MESOPYLVS
AEDITVVS, LOCAVIT

Vide & in, CONIVNX.

AEDVI, *non,* HEDVI, *aut,* EDVI, *Galliae populi*
libri

Aemilius.

libri, Graeca consuetudo, & lapides

Antissiodori, in Aeduis, inscriptio, quam M. Antonius Muretus, uir eruditissimus, diligenter a se, dum ibi esset, exscriptam, mihi tradidit. I

AET. MEMORIAE. AVRELI
DEMETRI . . ADIVTORI
PROCC. CIVITATIS. SENONVM
TRICASSINORVM. MELDO
RVM. PARISIORVM. ET. CI
VITATIS. AEDVORVM. INGE
NVINIA. AVRELIA. CONIVGI
CARISSIMO. ET. AVRELIA. DE
METRIANE. ET. AVRELIVS
DEMETRIVS. FILI. PATRI
CARISSIMO. FACIVNDVM
CVRAVERVNT

AEMILIVS, *cum* I, *non cum* Y. *libri, lapides Capitolini, & alij*

Romae, ad D. Petri in Monte aureo, trans Tiberim. I

D. M
D. AEMILIVS. P. F. FELIX
FILIAE. SVAE. FECIT

Ad Cloacam D. Luciae, in aedibus Podoca tharorum, e Cypro. 2

D. M
M. AEMI
LIO. PLO
CAMIA
NO. P. AELI
VS. PLOCA
MVS. ET. F
SPES. FILI
O. VIXIT
ANNIS. II
MENSE. I
DI. XXVIII

In Sabinis. 3

DIS. MANIBVS
AEMILIAE. SP. F
VIX. ANN. XV
MENSES. VI. D. TL
Q. COSSVTIVS. Q. F

Sentini. 4

AEMILIAE : CLEOPATRAE
FIL. DVLCISSIMAE
CYNIGETICVS. PATER

¶ AEQVICOLI, *Italiae populi, cum* AE *diphthongo* *Graeca*

Graeca consuetudo.


AERVMNA, *cum* AE; *a Graeco*, Αιρειν. *Festus*

Nec tamen aduersatur Carisius, cuius haec sunt
» *lib.1. Instit. Gramm. Erumnam, Ennius ait, per*
» E *solum scribi posse, quod mentem eruat; uel per* AE
» *quod maerorem minuat*

AESERNIA, *opidum in Samnio; de quo Ptolemaeus & Plinius; cum Ae diphthongo. Graeca consuetudo & nummus argenteus doctissimi hominis, Graecarumq. litterarum peritissimi, Fuluij Vrsini, in quo legitur,* M. MARCEL. M.F. M.N. AESERNINVS EX. S.C. *item lapides*

Romae, in aedibus Euryali Rufini, ad Busta Gallica. I

. . . .
. . . . MIVS . : : F . . . .
. . . . OLCIVS. M. F. POM. FELIX. AESERN
. . . . NICIVS. Q. F. VOL. MAXIMVS. PHILIP
. . . . ALERIVS. M. F. POM. APRONIANVS. DERT
. . . . ARTIVS. L. F. ANI. ATROX. ARIM
. . . . MATIVS. L. F. POM. VITALIS. AESERN
COH. VII
7. C SI
. . . . IO . . CAESARE. COS
LAELIVS. L. F. ANI. PAVLINVS. VER
OCTAVIVS. L. F. PVB. FELIX. ANAGN



AETHERIVS, *non*, AETHEREVS, *sicut*, *Aerius ex antiquissimis libris, & ex Virgilio, maiusculis literis perscripto, eo tempore, quo Turcius Rufius Apronianus uiuebat: quod ipsius Turcij manus indicat: qui liber pridem asseruabatur a Rodulfo Pio Cardinale Carpense: nunc, Bibliothecae Vaticanae ab eodem testamento legatus, ubi sit, plane ignoro nec enim cum uideo in Bibliotheca Vaticana custodiri: & , opinor, ab aliquo furto surreptum. In eo libro multis in locis diserte scriptum uidi, Aetherius Quo modo & in antiquis lapidibus, Epicurius.*

Brundisij, in aedibus Diomedis Casiniani medici. I.

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ. ΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥ. ΡΟΔΙΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ. ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ. ΤΗΣ. ΒΡΟΥΝΤΕΣΙΝΩΝ. ΒΟΥΛΗΣ. ΕΙΣ. ΤΑΦΗΝ. ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ

EVCRATIDAS. PISIDAMI. F. RHODIVS. PHILOSOPHVS. EPICVRIVS. L. P. D. D. D.

AFRICA, *non*, APHRICA. *libri, lapides Capitolini & alij. Numus aereus eruditissimi hominis, totiusq. antiquitatis bene periti, Laurentij Massae, ab uno latere, habet*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero uero*, AFRICA. I

D. M

C. CANDIENO. AFRICANO
FILIO. PIISSIMO
C. CANDIENVS. IVSTVS. PATER

VETERANVS.COH.I
VRBANAE
F E C I T

Voconiani, in Sabinis. 2

. . . . , .
SCIPIO. AFRICANVS
COS. BIS . CENSOR
AEDILIS . CVRVLIS
TRIB: MIL

Reate, in aedibus Laurentij Sonantij. 3

DIS. MANIB
C. RVSTICELLO. FELICI
AFRO. SIGILLARIARIO
VIXIT.ANN.L.FECIT.OPPIA

In Aequicolis. 4

Sex.Tadius.Sex.F.Vol.Lusius.Nepos. Paullinus procos.sortitus.prou.Cret.Cyr.leg.propr.prou Afric.praef.Fr.D.leg. pr.pr.prou.Asiae.leg.pr. (pr.prou Mac.praet.cand.aed.cur.Q.prou. Ponti. et. Bit. (tr.mil. leg IIII. Fc. X. uir. stlit. iud. VIII. uir. II. Q. Q
Mulуia.C.F. Placida.marito. optimo .et. sibi
. . . .

Romae, in crypta D. Sebastiani. 5

LABERIO. L. F. AIM
COCCEIO. LEPIDO. PROC
...RAET. TR. PL. QVAEST. LEG
ASIAE. LEG. PRO. PR. AFRICAE
MISSO. AD. PRINCIPEM. TRIB. MIL
LEG. XXII. PRIMIGENIAE
X. VIR. STLIT. IVD
APOLLONIVS . LIMENA
CYPRI

In Exquilijs, in hortis Caesarinorum. 6

Aemiliae
Andronicenis. c. et. specT. F. Neptis Vrbis
Praefecti. filiae. Comitis. Afric. Nurus
Comitis. ord. primi. Sauriae. Ducis
Coniugis. Comitis. sacrarum. Largition
inlustris

In aedibus Capranicorum. 7

D. M
P. AELIVS. AVG. LIB
LYCVS. PAEDAGOG
PVERORVM. AC. APVT
AFRICAS
....
Reliqua legi non possunt

Ibidem

Africa.

Ibidem. 8

Fl. Stilichoni. v. c

Fl. Stilichoni. inluſtriſsimo. uiro Magiſtro. Equitum. peditumque Comiti. Domeſticorum. Tribuno. PraeTo-(riano et. ab. ineunte. aetate. per. gradus. claris ſimae. militiae. ad. columen. gloriae ſempiternae. et. Regiae. adfinitatis. euecto Progenero. Diui. Theodoſi. Comiti. Diui Theodoſi. Auguſti. in. omnibus. Bellis adque. Victoriis. et. ab. eo. in. ad finitatem Regiam. cooptato. item. que. ſocero. D̄ N̄ Honori. Auguſti. Africa. conſiliis. eius &. prouiſione. liberata. ex. S̄·C̄

In agro Tiburtino, duodecimo ab Vrbe lapide. 9

L. Caeſonius. c. Fil. Quirina. Lucillus Macer. Rufinianus. Cos. Frater. Arualis Praef. Vrbi. electus. ad. cognoſcendas. uice. (Caeſaris cognitiones. procos. prou. Africae. x x. uiros. (ex. Senatus conſulto. R. P. curandae. Curatôr. Aquarum. et. (Miniciae cur. Albei. Tiberis. et. Cloacarum. Vrbis. lega-(tus. prou

Africae. Eodem. tempore. uice.proconsulis.
(curator. R.P
Tuscolanorum, curatori. R. P. Suessanorum
praetor. kandidatus. Quaestor. kandidat
electus. in. familiam. patriciam. x. uir
stlitibus. iudicandis

Ibidem. 10

C. Caesonio. C. F. Quir. Macro. Rufiniano
consulari. sodali. Augustali. Comiti. Imp
Seueri. Alexandri. Aug cur. R. P. Laniuinor. II.
procos. prou. Africae. cur. Aquar. et. Minic.
Leg. Aug. pr. pr. German. superioris. cur. Aluei
Tiberis. cur. R. P. Teanens. Leg. Aug. pr. pr.
(prou.
Lusitan. cur. R. P. Tarricinens. procos. proV
Achaiae. leg. leg. VII. Claud. cur. R. P. Asculan
leg. prou. Asiae. pr. leg. prou. Baetic. Trib. pl
Quaestori. prou. Narbon. Trib. leg. I. Adiutric
Donato. donis. militarib. a. Diuo. Marco
III. uir. capitali
patri. dulcissimo. et. inconparabili
Caesonius. Lucillus. filius
consularis

Caietae, in fragmento columnae duodecim angulorum, quorum quinque, muro inserti, legi non possunt. 11

A I Ψ	A I B O	N O	. . . . .	E Y	. . . .	. . . . . .
AFRI	N O T O C	TOC	N O T O C	POC	T H C	. . . . .
CVS	A V STRO	AVS	E V R O	E V	.. OLA	SVBSOLA
	AFRICVS	TER	AVSTER	R VS	NVS	NVS

Brixiae. 12

P. STATIO. P. F
FAB. PAVLLO
POSTVMIO IVNIORI
X. VIRO. STLITIB. IVDIC
TRIB. MIL. LEG. VII
GEM. FELIC
VI. VIRO. EQVIT. ROMANOR
Q. PROVINC. AFRIC. TRIB. PLEB
PRAETOR. LEG. PR. PR
PONT. ET. BITHYN. PRO. COS
PROVINC . BAETICAE
TITVLO. VSVS
D. D

AGGREDIOR, *Afficio, Affinis, & similia, ob pronunciandi suauitatem, placent, mutata secunda littera praepositionis. etenim Veteres etiam ipsos multum Auribus tribuisse uideo: ideoq. dicebant, Aufugit, Aufer; non, Abfugit, Abfer: &, Ignoti, Ignaui, Ignari; non, Innoti, Innaui, Innari: vt ait Cicero in Oratore. Vide & Priscianum lib. 2. Contra tamen scriptum reperi in uetere aereo nummo Laurentij Massae, ab uno latere,* IMP. CAES

NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P M. TR. POT. COS. V. P. P. *ab altero uero* S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI . ARAB ADQVIS. *& in sequentibus lapidibus*

Romae, ad Forum Traiani. I

C. IVLIVS. L. F. CAESAR
STRABO
AED. CVR. Q. TR. MIL. BIS. X. VIR
AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF

&, 2

P. COCIDIVS
SECVNDAE. L. HEDISTVS
FECIT. SIBI. ET. QVIBVS
SECVNDA. PATRONA. EIVS
ADSIGNAVERIT. CAVERITQ
ET. IPSE

AHALA, *non,* HALA, *Seruiliorum cognomen. lapides Capitolini; & nummus argenteus monachi optimi, atque doctissimi, Alexandri Toti, qui habet* AHALA; *item alius eiusdem,* BRVTVS. AHALA *& alius Andreae Lauretani, itidem inscriptus Quamquam significare uidetur Cicero in Oratore Ala potius, quam Ahala, scribendum esse; cum* ,, *haec dicat: Verba saepe contrahuntur, non Vsus* ,, *caussa, sed Aurium. quo modo enim uester Axilla* ,, *Ala factus est, nisi fuga litterae uastioris? quam* ,, *litteram*

Alia.

» *litteram etiam e Maxillis, Taxillis, Vexillo, Paxillo, consuetudo elegans Latini Sermonis euellit*

AHENOBARBVS, *non*, AENOBARBVS; *Domitiorum cognomen. lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Lauretani, qui habet*, CN. DOMITIVS AHENOBARBVS, *& alius optimi, ac doctissimi uiri, Matthaei Forerij, cum iisdem litteris. Confirmat nostram opinionem Gellij auctoritas, lib. 2. cap. 3*
» *Vnde illud: Litore ahena locant alij*

Interramnae ad Cathedralem Ecclesiam

Saluti.perpetuae. Augustae Libertatique. publicae Populi. Romani	Genio.Municipi.Anno.post Interamnam . conditam DCCIIII.ad.Cn.Domitium Ahenobarbum . et . . . . CoS

SVPERIOREM *inscriptionem, cum eam nondum uidissem, habui a Iulio Iacobonio Interamnate, amicissimo meo, iuuene Antiquitatis studiosissimo: qui omnes praeterea Patriae suae antiquitates in unum collegit ac breuissimis, ijsq. doctis annotationibus illustrauit: quas edere in animo habet. Ipse postea, Interamna transiens, eam proprijs oculis adspexi*

ALIA, *flumen, unde, Pugna Aliensis; unica L ex Seruio, super illud Virgilij, lib.* VII. *Aen*
» *Quosq. secans infaustum interluit Allia nomen*
Dicit enim, Aliam, unica L. scribi; sed Poëtã, metri
caussa

causſa, alteram L addere; ut in, Relliquiae
» Lucanumq. bene poſuiſſe, Quas Aliae clades &c
Idem uidetur ſenſiſſe Pedianus, cum in Diuinatione in Verrem haec dixit: Alienum, uolunt intelligi, proprium nomen eſſe, quaſi ab Alia, ut Virgilius
» Quoſq. ſecans infauſtum interluit Allia nomen
Et mox: Alij, Alienum, non nomen proprium putant eſſe, ſed alienum, & alterius iudicij, & non ex auditorio Praetoris, maiorumq. cauſſarum, ſed a ſub ſellijs, hoceſt, non a tribunalibus

ALICA, ſine adſpiratione. Cariſius lib. I. Alicam ſi-
» ne adſpiratione dictam Verrius tradit: & ſic multi
» dixerunt. Lucilius XV. cum adſpiratione dixit

ALIMENTVS, non, HALIMETVS; Cinciae gentis cognomen. libri ueteres

ALLECTVS, ſcribo, non, ADLECTVS; Aurium iudicium ſecutus; nec diſſentientibus lapidibus

Romae, infra Capitolium, ad D. Mariae de Conſolatione. I

P. · CORNELIVS
THALLVS
P. CORNELI. ARCHITECTI. FIL
MAG. QVINQ. COLL. FABR
TIGNAR. LVSTRI. XXVII
NOMINE

Allienus

P. . . . . . . CORNELI
ARCHITECTIANI. FIL. . . SVI
ALLECTI.IN.ORDINEM.DECVRION
FIDEI. SIGNVM. DONVM. DEDIT

Contra tamen in quibusdam. Praeneste. 2

F.ORTVN . . .
PRIMIG . . .
L. ARLENO . .
ADLECTO . . . .

ALLIENVS, *duplici* LL; *cognomen familiae Romanae. libri, & lapides*

Firmi, in Piceno. I

ALLIENAE. T. F
BERENICAE .
C.VETTIVS.POLVS
VXORI
SANCTISSIM.ET
C. VETTIVS.POLVS
MATRI
PIISSIMAE. PATR
COLL.FABR.ET.CENT

Frusinone, ad D.Paulli. 2

A. AGNEIVS.L.F.OVF.NIGER.II.VIR
A. AGNEIVS. L. F. RVFVS . . F
A. AGNEIVS. L. F. OVF. SARDVS

A. ALLIENVS. Q. L. CHRESIMVS
A. AGNEIA. IVCVNDA. TESTAMENTO
SVO. FIERI. IVSSIT

Praeterea nummum argenteum habet Atilius Delphinius, his litteris, A. ALLIENVS. PRO. COS

ALLIFE, *opidum in Campania; duplici* LL, *& unica* F. *libri, & lapides*

Allifis. 1

M. GRANIO. M. F.
M. N. CORDO. FRAT
TR. MIL. PRAEF. EQVIT
PRAEF. FABR. II. VIRO
TER. QVINQ. AED. Q. CVR
AQVAE. DVCENDAE. ALLIFIS
D. D

OPPIDIAE
C. F. RVFAE
MATRI

Ibidem. 2

FABIO. MA
XIMO. V. C
CONDITORI. MO
ENIVM. PVBLICO
RVM. VINDICI
OMNIVM. PECCA
TORVM. ORDO. ET
POPVLVS. ALLIFA
NORVM. PATRONO

Ibidem

Ibidem. 3

C. PVRELLIVS. PAPIA. AVG
ET. QVAESTOR. AVG. ALLIFIS. SIBI
ET. C. ATILIO. NATALI. AVG. ET
Q. AVG. ALLIFIS. ET. ATILIAE
IARINAE. CONCVBINAE. ET
C. ATILIO. QVARTIONI. AMICO
H. M. H. N. S

Ibidem. 4

M. PONTIVS. M. L
ELEVTHER. AVGVST
ALLIF. ET. AVGVSTALIVM
QVAESTOR. FECIT
SIBI. ET. SVIS
FLAVIAE. Ɔ. L. EROTINI
M. PONTIO. M. L. PRINCIPI
FRATRI
PONTIA. M. F. SEVERA
VIXIT. ANN. XVII

ALLIVM, *(inquit Carisius, Instit. Gramm. lib. 1.)*
» *Pallium, Scrinium, Dolium, Solium, dici debet*
» *non, vt alij diserti dicunt, Alleum per* E, *& Do-*
» *leum, & Palleum. nam & Virgilius, Allia, ser-*
» *pillumque, per* I, *dixit, quod utique in genitiuo debet*
» *geminari; vt, Huius Pallij, Scriny, Dolij, Allij*
» *Solij; quod genitiuus numero syllabarum minor*

» *esse nominatiuo non debet. quare magis denotati*
» *sunt, qui maluerunt per unum* I, *Imperi, &, Inge*
» *ni, dicere, quam secundum Regulam, Imperij, &*
» *Ingenij, geminata* I *littera. Inuenimus tamen &*
» *per* I *unum a Virgilio dictum*

» *Ille urbem Pataui*

» *Pro, Patauij. Plus in hac obseruatione geminandi*
» *in masculinis animaduertimus: ut, Hic Aemilius*
» *Huius Aemilij; Hic Iulius, Huius Iulij. in uocati*
» *uo tamen* I *litteram subtrahimus: nam, si, o Aemi*
» *lij, & Iulij, dixeris, Graece declinaueris; ut Luci-*
» *lius, Tierei leontado & Pomani & thermo Par-*
» *nime*

ALLIVS, *duplici* LL. *libri, & lapides*

Nuceriae. I

HIC . EST . POSITA
ALLIA. BLESILLA. RARI. EX
EMPLI. FEMINA. QVAE. VIXIT
ANNIS. XXVI. M. DVO. D. XII
DVLCISSI ME. CONIVGI. FECIT

&, 2

ALLIA. QVIETA
VIVA. FEC. SIBI. ET
L. AVERELIO. FORTVNATO
CONIVGI

ALVCINOR

ALVCINOR, *libenter scribo, ductus auctoritate Festi. & unica* L: *sic enim sensisse uidetur Cloatius Verrius, apud Gellium, lib.* XVI. *cap.* XII. *Quamquam Nonius inter adspirata ponat, et Gellius lib.* 2. *cap* 3. *adspirationem veteres apposuisse ostendat. Ego Festum, & Cloatium, sequor: cum quibus consentit Octauij Pantagathi, eruditissimi uiri, quem alterum nostrae aetatis Varronem, alterum Nigidium merito Pater meus appellat, etymologia. inquit enim Alucinor, dictum esse, quasi,* A *luce aberro. argute id quidem, & docte*

AMOENVS, *cum* OE. *libri veteres, Virgilius Carpensis, & Vaticanus, & lapides*

Salerni. I

A . SERGIO
AGATHONI
A . SERGIVS
AMOENVS . LIB
BENEMERENTI . FILIO

Brixiae, ad D. Nazarij. 2

P.RVFRIVS. P. F. BALBIN
DECVR . IN. COLONIA
SIBI.ET.C. RVFRIO.P.F.PEDON
FRATRI
ET
RVFRIAE. P. L.. AMOENAE

ET
S V I S
T. F. I

ANICIVS, *non*, ANITIVS. *lapides Capitolini, & alij*

Romae, in Auentino. 1

AQVA.TRAIAN.Q.ANICIVS.Q.F.ANTONIAN
CVR. THERMARVM . VARIANARVM

Ad Circum Flaminium. 2

DD.NN.Aeternis Principibus. Honorio.Theo
(doſio.Augg
Anicius. Acilius. Glabrio. Fauſtus. v.c.
(praef. Vrb
Fatali. caſu.ſubuerſam.in. formam. priſci. u-
(ſus.reſtituit

In domo Caeſia. 3

ANICIAE . FALTONIAE
PROBAE. AMNIOS. PINCIOS
ANICIOSQVE. DECORAVIT
CONSVLIS . VXORI
CONSVLIS . FILIAE
CONSVLVM . MATRI
ANICIVS. PROBINVS. V.C.
QVAESTOR . CANDIDATVS
FILII . DEVINCTI

MATERNIS . MERITIS.
DEDICARVNT

Ibidem. 4

ANICIAE . FALTONIAE
PROBAE.FIDEI. NOBILITA
TIS. ANTIQVAE . ORNA
MENTO . ANICIANAE
FAMILIAE. SERVANDAE. AC
DOCENDAE . CASTITATIS
EXEMPLO . CONSVLVM
PROLI. CONSVLVM. MA
TRI. ANICIVS. HERMOGE
NIANVS. OLYBRIVS. V. C
CONSVL . ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIAN. C.F
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARVNT

In Basilica Lateranen. 5

D. N. CONSTANTINO.MAXIMO.PIO.FELICI
AC. TRIVMPHATORI. SEMPER.AVGVSTO
OB.AMPLIFICATAM.TOTO. ORBE. REMP
FACTIS. CONSILIISQ
S. P. Q. R
DEDICANTE.ANICIO.PAVLLINO.IVNIORE
C.V.COS.ORD.PRAEF.VRBI

&, 6

HERCVLI. INVICTO
M. IVNIVS. CAESONIVS
NICOMACHVS. ANICIVS
FAVSTVS. PAVLLINVS

&, 7

Anicio. Paullino. Iuniori. v. c
pro. cos. Asiae. et. Hellesponti. Consuli. ordi (nario
praefecto. Vrb. Vice. Sacra. iudicanti. ob. me- (ritum
Nobilitatis. Eloqui. Iustitiae. atque. Censurae
Quibus. priuatim. ac. publice. clarus. est. pe (titu
Pop. Rom. Testimonio. Senatus. Iudicio. (DD. NN
Triumphatoris. Aug. Caesarum. que. floren (tium
Statuam. secundam. Auro. superfusam. locari
sumpto. publico. placuit

ANNAEVS, *cum Ae diphthongo; familia in Hispania, e qua Lucanus Poëta, & duo Senecae. Video etiam Annaei Placidi mentionem fieri in tribus sequentibus lapidibus*

Annaeus

Romae, in Thermis Constantinianis. 1

M . . . .
Q. FABIVS . HONORA
TVS . T . ANNAEVS
PLACIDVS. AMPLIFICA
TORI . VRBIS. ROMAE
DOMINO . NOSTRO
CONSTANTINO . MA
XIMO. PIO. FELICI. VI
CTORI . AC. TRIVM
PHATORI . SEMPER
AVG. ANICIVS. PAVLLI
NVS. IVN. V. C. CON
SORDIANVS. PRAEF
VRBIS. ET. IVDEX. SA
CRARVM . CONSTITV
TIONVM . PIETATI
EIVS. SEMPER. DICA
TISSIMVS

In aedibus Capranicorum. 2

ANNAEVS
PLACIDVS
HERCVLI
DONVM
DEDI

Via Ostiensi, IV. ab Vrbe lapide. 3

D . M
M. AntoniI. AntiI . Lupi . PR.
PatriciI. AugurIs. Quaest.sodal.TiTil.Trib.
MIl.leg. I I . AdiuTr. Piae. Fidel. X . uir.
(stl.iud.praef.Fer
Lat. cuius. memoriae. per. uim. oppressi. in
inTegrum. secundum. Amplissimi. Ordinis
Consultum. resTituTa. est. sepulchrum. ab.
(eo. CoepTum
Claudiae.Regillæ.uxori.eT.Antiae.Marcelli
(nae.fil
Pietatis.suae.erga.eum.testificandae.gratia.et
Nominis.eIus.in.perpeTuum.celebrandi.per
(feceruNT atfines
M. Valerius. Bradua. MaurIcus. PonTif. et.
(Antonia.Vitellia
Q. Fabius. Honoratus. T. Annaeus. Placidus

De Annaea familia uidi & sequentes inscriptiones

Romae in uinea Carpensi. 4
ANNAEVS. PHILETVS

Ad D. Iacobi. 5

DIIS. MANIBVS
L. ANNAEO. POSIDONIO
HEREDES
FECERVNT

In aedibus Domitij Cauallerij. 6

C. ANNAI. Ͻ. L
ANTIGENIS

C. COCILII
DIODORI

ANNAEA
Ͻ. L
ANTHIS

Reate. 7

C . ANNAEO
C. F. QVI
P V D E N T I
MIL. COH. III. PR. VET
C ANNAEVS
C. FIL QVI
PASTOR
IIII. VIR. IVR. DIC. A. P
MAG. IVV. Q. R. P
PATRI . DVLCISSIMO

Vrbini. 8

VELETIAE . L . F
EVMANTIAE
L. ANNAEVS. L. F
FIRMVS
VXORI . OPTIMAE

ANNEIVS, *familia Romana, de qua in libris mentio: & Legatum suum in Ciliciensi prouincia M Anneium Cicero nominat in Epistolis. libri veteres & lapides*

Vrbini, pro foribus summi Templi. 1

ANNEIAE
FIRMILLAE
FREMEDIAE. C. F
SVLPICILLAE
PLEBS. VRB. ET
HONORE. VSI

Fani, in domo Episcopali. 2

D. M
ANNEIO
MARCELLO
VIX. AN. VIIII
M. VII. D. XII. ET
ANNEIO
MARCELLIN
VIX. AN. VII. D. VI
. . . .
. . . . . .
VIX. AN. I
ANNEIVS
MARCELLVS
FIL. ET. CONT

Neapoli. 3

ANNEIAE. SP. F. AMPLIATAE
LIBERTIS. LIBERTABVSQ
MEIS. POSTERISQ. EORVM

ANNEAE quoque HEDISTE(mendose fortasse, pro ANNEIAE, uel, ANNAEAE) mentionem reperio in antiqua inscriptione

Romae, in vinea Ascanij Celsi, de Nepe, Via Flaminia, e regione D. Andreae. I

DIS . MAN
ANNEAE
HEDISTE
V. A. XXVIII
CN. MATVCCIVS
CASTALIVS
CON. B. M

ANTLARE, Festus dicit, a Graeco Αντλῶ, deductum. Ergo scribendum est, Antlare; non, vt est in quibusdam libris, Anclare; itemque, Exantlare. quod & Seruius Honoratus in suis in Virgilium
» Commentarijs confirmat, his uerbis: Ante L, num
» quam inuenimus T, nisi in paucis: vt, Exantlauit
» quod & in Plauto lectum est; hoc est, Exhausit

ANVLVS, unica N; ex antiqua Consuetudine; cum qua uidetur consentire Etymologia; cum deducatur ab Ano; quasi Anulus sit paruus Anus. nam a Graeco deduci non placet. Alij ab Anno deriuatum putant, quod in se redeat, vt Annus: ex quo duplici N N scribendum, affirmant. Ego & Antiquitatem sequor, & ueriorem, vt arbitror, Etymologiam

APENNINVS, *unica* P, *&* *duplici* NN. *libri, & Graeca consuetudo*

APICIVS, *non*, APITIVS. *libri, & lapides*

Romae, ad D. Nicolai in Agone

M . APICIVS
M. F. P V B
P V D E N S
VERONA
MIL. COH. XII. PR
MILIT, AN. XVI
VIX. ANN. XXXIIX
H . S . E

APOLLO, *unica P, & duplici* LL. *libri, & lapides*

Romae, in hortis D. Petri ad Vincula. 1

A P O L L I N I
PRAESTANTI
C H M

In Quirinali, in hortis Beati Siluestri: nunc, in aedibus Maffaeiorum. 2

A P O L L I N I
GRANNO. ET
SANCTAE
SIRONAE
SACRVM

In Exquilijs, in quadam uinea. 3

GESTATIO
CIRCINI . EXTERIOR
A. DIETA. APOLLINIS
AD. DIETA. EANDEM
IN . CIRCVITV . P. ∞ CC
LXXVII. EFF. VIII.M.P. II. ET.P. CCXV
E. XLVII. M. P. XII. ET. P. XVIIII
GESTATIO. INTERIOR. A. DIETA
PAND. IN. CIRCVIT. P. ∞. EFF.V
P. ∞ E.LX. M. P. XIII

In hortis Caesiis. 4

EX. PRAE
CEPTO
I. O. M. D
PER
ACACI
VM
ET
OLYMPI
VM
PATREM
ANTONI. MARIANI. PATER. ET. FILIVS
SIMVLACRVM. APOLLINIS
STATVERVNT

Ad Tiberim, prope D. Stephani in Silice. 5

APOLLINI . SANCTO
MEMMIVS . VITRASIVS
ORFITVS. V. C
BIS . PRAEF . VRBI
AEDEM . PROVIDIT
CVRANTE. FL. CLAVDIO
EVANGELO. V. C. COMITE

Ad D. Agnetis. 6

APOLLINI
Q. LOLLIVS
VRBICVS
PRAET. VRB

Mediolani, ad D. Mariae. 7

L. ARVLENVS . ANOPTES
APOLLINI

Luceriae, ante aedes Alfonsi Carafii. 8

APOLLINI . DIVO . AVG
Q. LVTATIVS. Q. F. CLA. CA . .
Q. LVTATIVS. P. F. CLA . . .

Romae, in aedibus Sudorinorum, ad D. Rocchi. 9

D . M.
C . APONI . . . . . .
C. APONIO. APOLLI . .

. . . .

. . . .

Denteccani, in Apulia. IO

MINIAE . FELI
CISSIMAE. CON
IVGI. INCOMP
CVM. QVA. VIXI
ANNIS . XLV
EGGIVS . APOL
LINARIVS

&, II

D . M
FABIAE . Q . F . VALERIAE
L. APPIVS . APOLLINARIS
CONIVGI . SANCTISSIMAE
VIXIT . ANNIS . XX. D. XXIII

APPAEVS, *duplici* PP, *& cum Ae diphthongo. lapides*

Romae. I

M . APPAEO
MAXIMO
VIX. A. V I
MENS. I I I
D. X X
H . I I I I

VICINIA. PRIMIGENIA
MATER
FILIS SVIS

Sassinae. 2

L. APPAEO. L. F
PVP
PVDENTI. P. P
TRIB. COH. X II
VRB. ET. X. PRAET
FLAMINI. FLAV
PATRONO

APPVLEIVS, *duplici* PP, *familia Romana. libri lapides Capitolini, & alij*

Romae, in aedib. Domitij Caualleri j. 1

A. APPVLEIVS. A.L
BITVS.SIBI.ET.SVIS
BALSIDIA. Ɔ. L. MVSA
APPVLEIA. VENVSIA
A. APPVLEIVS. A. L
THIASVS

In hortis Iulij Galli. 2

DIS.MAN
ALBVCIAE. ENCOLPHIANE
APPVLEIVS. THEODOTVS

&

Appuleius.

&, 3

HERCVLI . SANCTISS
INVICTO . SACR
P . APPVLEIVS . P . F . VOL
PATERNVS.MIL.COH.V.VIGIL
D . D
DEDIC . V . ID . AVG
SEX . POMPEIO . ET
SEX . APPVLEIO . CoS

&, 4

MEMORIAE. SEX. APPVLEI.FVMVSI

Allifis, in angulo parietis Cathedralis Ecclesiae. 5

L . APPVLEIVS
C . F . ANI . NIGER
II . VIR
CVRATOR . VIARVM
STERNENDARVM
PEDVM . DECEM
MILLIA . VIAM
SVA . PECVNIA
FECIT

Praeneste. 6

C . APPVLEIO . DIOCLI
AGITATORI . PRIMO . FACT

RVSSAT . NATIONE. HISPANO
FORTVNAE . PRIMIGENIAE
D . D
C. APPVLEIVS. NYMPHIDIANVS
ET. NYMPHIDIA. FILII .

Unica tamen P, *Apuleius legitur in sequenti inscriptione*

D . M.

Apuleiae.Feliciae. T. Flauius.Trophimus Coniugi. B. M. et. Apuleiae. Fortunae Matri. eius. et. sibi. et. suis

APVLIA, *&*, APVLVS, *unica* P, *ut sensit Velius Longus in libello de Orthographia, quem legi commodatum a Scipione Tettio, uiro optimo, & in peruestigandis Antiquorum scriptis mira quadam diligentia praedito. In lapidibus quoque Capitolinis, diserte scriptum uideo,* DE. APVLEIS. *In prima tamen, & secunda syllaba differunt. Apulia enim primam syllabam modo corripit, modo producit; ut ex Horatij uersibus liquet: secundam uero semper producit; quod, eiusdem Poëtae testimonio probatur. Graecique,* Απέλια, *scribunt. In Apulus autem semper producitur prima, corripitur secunda; ut idem Horatius, praeterea Lucanus Martialisq. ostendunt.*

Apulia.

Praeneste. 1

T. Flauio. T. F. Germano
CuratorI. Triumphi. Felicissimi
Germanici. Secundi . . . .
. . . .
. . . . exornato
Sacerdot. splendididissimo. Pontif. Minor
Proc. XX. Her.Proc.Patrimoni.Proc. LudI
MagnI.Proc.LudI.MatutinI.Proc.Reg.Vrbi
. . . defuncto. sibI. officio. Viarum
. . . . nendarum. Vrbis. partibus. duabus
. . XX. Her. Vmbriae. Tusciae. Piceni
. . is. Campaniae. Proc. ad. Alimenta
. . . . Brutt. Calabr. et. Apuliae
cur . . . . um. tectorum. operum. publ
et. Aed. . . II. uir. Flam. DiuI. Aug
II. uir. Q. Q. Patrono. Coloniae
Cerdo. Lib. Patrono. Incomparabili
Cum. FlauIs. Maximino. et. Germano
et. Rufino. fiIIs. Equo. publ. ornatis

Beneuenti. 2

N. AFINIO. N. F. PAL. HIERACI
DECVRIONI. BENEVENTANO
QVI. VIX. ANN. XIX. D. XXXI
N. AFINIVS. APVLVS
ET. AFINIA. ACTE
PARENT. INFELIC

D 2 *Sutrij*

Sutrij, in maximo Templo. 3

PONTIFICES . A . COLONIA

CONIVNC. IVLIA, SVTRIN. IN. ORD. RELAT

C. *Vergilius*. *Strabo*. P
P. *Aemilius*. P. F. *Valens*
P. *Matrinius*. *Saſſula*. P
P. Partumius. P. F
L. *Volturnius*. L. F. *Gallus*
L. *Ruſtius*. L. F.
L. Lucretius. C. F. Apulus
Q. Herennius. Labeo
A. Catius. A. F
L. Herennius. C. F
P. Selius. P. F
M. Valerius. Longus
M. Occius. Ruſo
P. Alburius. P. F. *Mutus*
P. Matrinius. Saſſula
L. Pontius. P. F
L. Virbius. P. F

Q. Mettius. P. F
in loc. Q. VibI Roſae
L. Clauius. Macer
in. loc. Q. Metti. P. F
P. Siccius. P. F
in loc. Q. Fului
M. Fabius. Sabinus
in. loc. L. VIbi. P. F.
M. Veſidius. Rufus
in. loc. Sex. Praeſen
L. Matrinius. M Iluos
. . . .
L. Pontius. Aquila
in. loc. P. Cluati. L. F
P. Siccius. P. F. Algidien
in. loc. L. Horati. L. F
C. Fabius. C F. Priſcus
in loc. C. CarisTi. PonT

Q. Titienus. Q. F. Bae . . .
in. loc. C. Cariſtan . . . .
P. Vmbricius. Rufus
in. loc. L. Ploti. Cipoll. . . .
Q. Flauius. Q. F. Polli. . . .
in loc. M. Fabi. C. F
M. Valerius. Ferox
in. loc. L. FarſuleI. Rufi
L. Octauius. Tiro
in. loc. M. Valeri. Feroc . . .
M. Aponius. Celſus
in. loc. P. Vmbrici. Rufi
M. Cattius. Marcellus
in. loc. P. CaluentI. Iuſti
Cn. Manlius. Sacratus
in. loc. M. Catti. Marcell. . . .
L. Cornelius. Pirſcu. . .
in. loc. C. Corneli. Sicci

Troiae, in Apulia. 4

D . M

M. AELI. CAESONI
ANO. DIONYSIO. PP
AMASTRIANO. EX
EQ. R. ANN. LXX. PA
TRONO. INCOMPA
RABILI. CAESONIA
NI. HYACINTHVS
ET. APVLVS. LIBB
B.M.FECERVNT

Hanc inſcriptionem, cum alijs multis, accepi ab eruditiſſimis uiris, Mario Corrado, & Io. Antonio Palea

AQVILLIVS, *duplici* LL. *lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Lauretani, in quo eſt,* AQVILLIVS. FLORVS. III. VIR

Romae, in aedibus Iulij Porcarij. I

L. Aquillius . Ↄ. L
Modeſtus . Magiſter
Quinquennalis . Collegi . Fabrorũ
Tiguuariorum. Oſtienſium. luſtri. II
Iſdem. Auguſtalis. fecit . ſibi. et
Aquilliae. L. F. Aptae . patronae . et
Decimiae S. P. F. Priſce . coniugi. ſuae. et
ſuis. libertis. libertabus. et. Decimiaes. Sp. F

Priſcaes . poſterisque . eorum
In. Fr. P. XL. In. Ag. P.XXXIS

Vnica tamen L, *legitur in ſequentibus*

Romae, ad Campum Florae, in quodam ſtabulo. 2

M. A QVILII. EVCARPI
FIL. DVLCISSIMI
QVI. VIX. AN. VI
M.XI.DI B.II
M.A QVILIVS
SATVRNINVS. PATER

Ad Forum Mali aurei. 3

D . M
AQVILIA . TYCHE
FECIT.SIBI.ET
M. VLPIO . DIADVMENO
ET. Q. VETIO . LVCRIONI
LIBERTIS.LIBERTABVSQVE
POSTERISQ . EORVM

Veronae. 4

L. AQVILIVS. SECVNDVS
L. AQVILIO. CHARITONI
ET. PVBLICAE VENERIAE
PARENTIBVS. PIENT
LIBERTIS . LIBERTAE

Torcelli

Arena.

Torcelli. 5

L. AQVIL IVS . NARCISSVS
BE L. AVGVST
LIB. V. F

ARENA, *ſine Adſpiratione; vt deducatur ab Ariditate. Seruius in lib. 1. Virg. Aen. Arena, ſi ab Ariditate, non adſpiratur; ſi ab Haerendo, adſpiratur; ait Varro: melior tamen prima ſententia Aduerſatur tamen Cariſius lib. 1. Inſtit. Gramm cuius haec ſunt: Harena, dicitur, quod Haereat &, Arena, quod Areat. gratius tamen cum Adſpiratione ſonat. In antiquis quoque lapidibus Harena cum Adſpiratione ſcriptum reperi*

Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij. 1

Ab . Colonia . deducta . Anno . XC
N. Fufidio . N. F. M. Pullio. Duouir
P. Rutilio. Cn. Mallio. Cos
Operum. Lex. II
Lex. Parieti. faciundo. in. Area . quae. eſt. ante Aedem. SerapI. trans. Viam. qui. redemerit Praedes. dato. praediaq. ſubſignato Duumuirum. Arbitratu
In. Area. trans. Viam. Paries. qui. eſt. propter Viam. in. eo. Pariete. medio. oſtiei. lumen aperito. Latum. p. vI. Altum. P. vII. Facito. (ex. eo

Pariete. Antas. duas.ad.Mare. uorſum. proi-
(cito
longas.P.II.Craſſas.p. I--- Inſuper.id.Limen
Robuſtum. Long.p. VIII. Latum. P.I -- Al
(tum. p.s --
inponito. inſuper. id.et.Antas. Mutulos. Ro
(buſtos
II. Craſſos. s -- Altos.p. I.proicito.extra.pa
(riete
in. utramque.partem.p.III.inſuper.ſimas. pi
(ctas
ferro. offigito.inſuper.Mutulos. Trabiculas
Abiegnieas.II.Craſſas. quoque.uerſus. inpo
(nito

Ferroque.figito.inaſſerato.aſſeribus. abiegnieis
ſectilibus. craſſeis. quoque. uerſus. -- diſpo
(nito.ne.plus.s --
Operculaque. abiegnea. inponito.ex.tigno.
(pedario
facito. ante. Pagmenta. abiegnea. lata. s --
(Craſsa. E
cumatiumque. inponito. ferroque. plano. fi-
(gito
portulaque.tegito.tegularum.Ordinibus.ſe-
(neis
quoque.uerſus.tegulas.prImores.omnes.III.
(ante
Pagmento. ferro. figito. Marginemque.inpo
(nito

eiſdem.fores.clatratas.II.cum.poſtibus.eſ-
(culnieis
facito.ſtatuito.occludito.picatoque.ita.utei.
(ad.Aedem
Honorus.facta.ſunt.eiſdem.Maceria.extrema
(paries
qui.eſt.eum.parietem.cum.margine.altum.fa
(cito.p.x
Eiſdem.oſtium.introitu.in.Area.quod.nunc.
(eſt. et
Feneſtras. quae. in. pariete. propter. Aream.
(ſunt
Parietem.opſtruito.et.Parieti. qui. nunc. eſt.
(propter
Viam.Marginem. perpetuom.inponito. eoſ-
(que.Parietes
Marginesque.omnes. quae.lita. non. erunt.
. (calce
harenato.lita.politaque.et.calce.uda.dealba-
(ta.recte
facito.quod.opus.ſtructile.fiet.in.terra.calcis
reſtinctai.partem.quartam.indito.ni.ue.ma-
(iorem
caementa.ſtruito. quam. quae. caementa. ar-
(da
pendat.p.xv.ni. ue.angolaria. altiorem -- E.
(facito
Locumque. purum. pro. eo. opere. reddito
EIdem. ſacella. Aras. ſignaque. quae. in

campo. sunt. quae. demonstrata. erunt, ea.omnia. tollito. deferto. componito statuitoque. ubei. locus. demonstratus erit. Duumuirum. Arbitratu hoc.opus.omne.facito. Arbitratu. Duouir et. Duouiratium. qui. in. Consilio esse solent. Puteoleis. dum. ni. minus. uiginti adsient. cum. ea. res. consuletur. Quod eorum. uiginti. iurati. probauerint. probum esto, Quod.ieis.inprobarint.improbum.esto Dies.operis.K.Nouembr.primeis.dies.pequn pars. dimidia. dabitur. ubei. praedia. satis subsignata.erunt.Altera.pars.dimidia.solue-(tur opere. effecto.probatoque. C.Blossius. Q. F HS. ∞ D. Idemque. praes Q.Fuficius. Q.F Cn.Tetteius. Q.F. C.Cranius.C.F. TI. Crassicius

ARICIA; *non,* ARITIA; *uel,* ARRITIA. *libr. ueteres*

ARISTA, *sine Adspiratione scribendum: cum deducatur ab Ariditate: etsi quidam antiquissimi libri Adspirationem apponant*

ARRETIVM, *duplici* RR. *libri veteres, Graeca consuetudo, & lapides*

1

L. AVSIMVS. L. F. PVB. FARRIANVS
C. C. MVNICIP . ARRETIN

Tiferni, in Vmbria. 2

C. ANINIVS . C. F. POM. GALLVS
DOMO. ARRETIO. Ɛ. LEG. IIII
SCHYTH . MILITAVIT . IN
PR. AN. XVII
EVOC. AN. II
Ɛ. IN. LEG. IIII. SCYTHIC
AN . XVIIII. VIXIT
AN. LX. MERV. AN. XXXVIIII
H. S. E. ATIMETVS. L.
EX. TESTAMENTO. F. C

Placet hoc loco, in Antiquitatis ſtudioſorum gratiam & alias inſcriptiones adſcribere; in quibus legitur idem loquendi genus, quod & in ſuperiore. quippe Domo &c. Plautus quoque dixit, Domo Carthaginienſis; Virgilius, Qui Caerete domo; Horatius Vnde domo. In Aſconio Pediano, pro, Domo Siculus, quidam inepte reponebant, Homo Siculus Quod Paullus Pater in ſuis ſcholiis obſeruauit

Romae, in hortis Carpens. 1

L. CASSIVS. L. F
ROM . NIGER
DOMO . ATESTAE

MILES . COH. I. PR
MILITAVIT. ANN. XVII
VIXIT. ANN. XXXVII

Ibidem. 2

GALLICANO. ET. VETERE. COS
VII. ID. IAN. COH. I. PR. 7
SATRI . GENIO . 7. MISSI
HONESTA . MISSIONE . VII
HIBERO. COS
SP. L. CENSORIVS. IVSTVS. VIRONO
L. VOLCEIVS. SEVERVS. SESTINO
Q. SEXTILIVS. RVFVS. FLANONA
C. VALERIVS. VERANIVS. TRIDENTE
SERVIANO. III. COS
T. ANNIVS. CRISPINVS. CVPRAMAR
T. ANTONIVS. PRIMVS. PERINTHO

In aedibus Zampolinorum. 3

C. VITRICIO. C. F
TRO
M A X I M O
D. P E R V S I A
MIL. COH. V. PR
MILIT. ANN. IIII
VIX. ANN. XXIIII
H. V. F

Ibidem

Ibidem. 4

POLINGENVOS
DOMO
BONDINCOMAGVS

Ad Vrsi Vicum, ut uulgo dicitur, in pariete domus cuiusdam. 5

M. SATVRNIVS
M. F. CLA
M A X I M V S
CELEIA . E . Q
COH. X. PR. 7
APTI. MIL. ANN
XII. VIX . ANN
XXX. H. F. C

Prope aedes Card. Gambarae. 6

D . M
C. VALERIO. C. F
CLA. CVPITO
CELEIE . MIL . COH.
VI. PR . 7. AVRELI.
MIL. ANN . VI. VIX.
ANN . XXIIII.
C.QVARTIVS. SECVN
DVS. MIL. LEG . XIII.
GEM. FRATRI . B. M.
ET. NVMISIA. SABI

CONIVGI. B. M
T. P. I. HERED. F. C

Ad Aedem D. Mariae Cruciferorum, prope Fontem Triuij. 7

D. M
P. AELIO. P. F
CLV. FVSCI
VIRVNO
MIL. IN. COH. III
PR. 7. VLPI
ANN. V. VIX. AN
XXII. M. MVNI
CIVS. SEVERVS
HERES. POSVIT
CONTVB. OPT
B. D. S. M

Ad D. Marci, in aedibus Ambrosii Lilij. 8

D. M
C. ANTONIVS
C. F. QVI. PRISCVS
OSCA. MIL. COH. VII
PR. 7. CRITONI. VERI
MIL. ANN. XV. VIX
AN. XXXIIII
C. IVLIVS. PROCVLVS
COMMANIPVLARIS
ET. H. B. M. F. C

In

Arretium.

In aedibus Atilij Delphinij. 9

C. RVTILIO. C. F
SAB HOMVN
CIONI MANTVA
MIL. COH. VII. PR
7. VALLI MIL
ANN. XIIII. VIX
ANN XXXII
H. B. M. F. C

Ad Agonem. 10

C IVLIVS
C F. COR
P V. D. E S
THESSALONICA
MIL. COH. VII. PR
7. MATVRI
MIL. ANN
XV. VIX. ANN
XXXXV. MENS. VI
EX TESTAME
NTO FIERI
IVSSIT SIBI

In hortis Caesiis. XI

Q. GARGENNIVS
L. F. SCA
CELER

FLORENTIA. MIL
COH.XI.PR
VIX. A. XXIV
MILIT. A. VI
H. S. E

In aedibus Matthaei Porcarij, ad D. Io de Pinea. 12

C. LIVIVS. C. F
IV.ST.V S
NOVARIA. MIL
CHO. IIII. PR
Ↄ. LICINI. MILIT
ANN. XVIIII
VIX. ANN. XXXVII
H. S.E. T. F. I

In aedibus Io. Mangonij. 13

C. AVLLIVS
A. F. SCA
S E V E R V S
FERSVLIS
MIL. COH.III. PR
7. PAVLINI
MIL. ANN. V
VIX. ANN. XXV
H.F.C

Arretinz

Ad Cur. Sabell. 14

C . POETILIVS
C. F. CLA
PAVLLVS
EMONA
MIL. COH. III. PR
17. FAECEN
MIL. AN. VIII
T.F.I

In Aede D. Pudentianae. 15

C. Acilio. C. Vol. Martiali Vasione. Veter. Ex. Coh. XII. Pr Militauit . Annis . XVII Vixit . Annis . LV M. I Q . Domitius . Adiutor heres . consorti . suo . bene . mer fecit et sibi posterisq suis . omNum Arbitratu. Sesti. Prisci. . Flaui. Calusi. T. sibi . . . nam. et. eorum. quorum. arbitratu . . . fieri. caus. . . . . enti . esse. uolo

Via Latina. 16

L. Aelius. Fab. Brixia. VeTeranus Militauit . Legione XVI in . Germania . Ann . XXII Vixit . Ann . XXXV

P.Aelius.Fab. Brixia, idem. Frater. VeTer MiliT.legion.XVI.in.Germ.An.xxii.v.An. (XXXV

Ibidem. 17

T. AVRELIO. T. F. PAL
VERO
M O P S V E S T I A
MIL. COH. VIIII. PR
T. AVREL. T. F. PAL
POMPONIVS
VALERIANVS
FRATRI. OPTIMO. POS

Via Cassia. 18

CLAVDIAE. VENERIAE
A. GELLIVS. A. F. DVM
SECVNDVS
B O N O N I A
FECIT . ET . SIBI
IN. F. P. VI. IN. AGR. P. IX

&, 19

D . M
C . NIGIDIO . C . F
FAB MARCELLI
NO, BRIX . MIL
COH. I. PR, 7. LEPIDI
MIL. ANN. V. VIXIT. ANN

XXIII. S RESTIANVS
IVSTVS. B. M. F

In aedibus Colotianis. 20

M BALLONIO
M. F. POL. PAVLLO
MVTINA
MIL. COH. X. PR. 7
FRONTONIS . MIL
ANN. VIIII. VIX. ANN
XXXVI. T. P. I

Mutinae. 21

Q. AMBILIVS T. F
POL
TIRO
MVTIN
MILES. COHORT. VII. PRAET
7. GRAECINI
VIXIT . ANN . XXXII
MILITAVIT . ANN . XII

In Quirinali, in aedibus Pomponij Laeti. 22

PRO. SALVTE. D D. NN. AVGG
HERCVLEM . DEFENSOREM
GENIO . CENTVRIAE. EX. VOTO. POSVIT
L. DOMITIVS . VALERIANVS
DOMO. KAPITOLIA, DE. STIP. X VIII
MIL. COH. X. PR. P. V. 7. FL. CARALITANI

LECTVS. IN. PRAETORIO. DD. NN
EX. LEG. VI. FER. R. F. C
MISSVS. HONESTA. MISSIONE
VII. IDVS. IANVAR. DD. NN
IMP. ANTONINO. PIO. AVG. III. ET
GETA. NOBILISSIMO. CAES. II. COS

In aedibus Io. Coritij, ad Forum Traiani. 23

D. M
IVLIO. IVLIA
NO. EVOK. AVG
DOMO. SEPT. AQ
VINCI. EX. PANN
ONIA. INFERIORE
IVLII. SERENVS
ET. IVLIANVS. FI
LI. ET. HEREDES
PATRI. KARISSI
MO. B. M. F. C

&. 24

L. AEMIL. M. F. M. NEP
QVIRINA
R E C T V S
DOMO. ROMA
QVI. ET. NARN. ET
SICELLITANVS. ET
ASSOTANVS. ET
LACEDAEMONIVS. ET

BASLETANVS . ET.
ARGIVS. ET. SCRIBA
Q V A E S T O R I V S
SCRIBA. AEDILICIVS
DONATVS. EQVO. PVB
AB. IMP. CAESARE
TRAIANO. HADRIANO
AVGVSTO
PATRONO. REIP. ASSOTANAE
TESTAMENTO. SVO
REIP . ASSOTAN
HANC. FIERI. IVSSIT
EPVLO. ANNVO. ADIECTO

&, 25

C. FABIVS. C. F. SER. CRISPVS
CARTHAG
SPECVL. COH. VI. PR. 7. FLAGERI
MIL. ANN. XIII
VIX. ANN. XXIII
HERES. EX. VOLVNT. P

&, 26

IMP. CAESARI. DIVI
TRAIANI . PARTHICI
FIL. DIVI. NERVAE. NEP
TRAIANO . HADRIANO
AVG. PONTIF. MAX. TRIB
POTEST. COS. III. P. P.

IIII. VIR. VIAR.
Q. TAMVDIVS. Q. F. PALAT
GRAIVS. VIENNA
L. AVRELIVS. L. F. OVF
TYRANNVS. INTERAMN
NAHAR. TI. IVLIVS. TI. F. STEL
VERECVNDIANVS. BONONIA
Q. TAMVDIVS. SEX. F. ARRIVS
REATE. PAC. CVR

Reate, in aedibus Petri Siluerij. 27

C. IVLIO. C. F. LONGINO
DOMO. BOLDINIA
PHILIPPIS . MACEDONIA
VETERANVS. LEG. VIII. AVG
DEDVCTVS. AB. DIVO. AVGVSTO
VESPASIANO. QVIRIN. REATE
SE. VIVO. FECIT. SIBI
ET. IVLIAE. C. L. ELPIDI. CONIVGI. SVAE
ET. C. IVLIO. C. LIBERT. FELICI
ET. POSTERISQ. SVIS. FEC
ET. C. IVLIO. C. L. DECEMBRO
ET. IVLIAE. C. L. VENERIAE
ET. C. IVLIO. C. L. PROSDOXO

Ibidem. 28

C. VALERIVS. C. F
FLAVIA. SPECTATVS
SISCIA. MIL. COH

VIII. PR. 7. VOCONI
MIL. ANN. VI. VIX
ANN. XXIIII. H. F. C

Ameriae. 29

DIS. MANIBVS
OCTAVIVS. IVNIVS. IVNI. F
SERGIA FAVSTINIANVS
AMERIAE
VII. VIR. EPVLONVM PROCV
RATOR. OPER. PVBLIC
H. S. P. D. V

Neapoli, ad D. Paulli. 30

C. CISPIVS. A. F. SCAPT
SEVERVS. FLORENTIA
MILES. COH. III. PR. VIX
ANN. XLIII. MILITAVIT
ANN. XVII

Vide, in, ACILIVS, 2. *Birbili*
in, AVCILIVS, 1. *Vienna*
in, APICIVS. 1. *Verona*
in, ATTIVS, X. *Domo Celeae*
in, BAETICA, 2. *Domo Carthagine*
in, COIVX, 2. *Rom*
in, PAPIRIVS. 1. *Foro Corneli*
in, VETTIVS, 3. *Domo Antiochia Syria*

ARRIVS, *duplici RR, familia Romana, libri, & lapides*

Romae, in aedibus Alexandri Rufini Episcopi Melsien. 1

SOLI
INVICTO
ARRIVS
RVFINVS
D. D.

In aedibus Farnesianis. 2

L. ARRIVS. HELIVS

Zagaroli. 3

C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI
CVRATORI. MVNIC. PRIVERNATIS. &c

Capuae, ad D. Benedicti. 4

TE . TIBI
VNA QVAE
ES OMNIA
DEA ISIS
ARRIVS. BAL
BINVS. V. C

Anagniae, ad D. Angeli. 5

L. Cominio. L. F. L. N. Pal
Firmo. Pr. Q. Aer. et. Alim
Oppiae. Sex. et. C. L. Eunoneae

Exemplum. perijt. Castae. Iugete. Puellae
Oppia. iam. non. est. Erepta. est. Oppia. Firmo
Accipite. hanc. Animam. numeroque. augete.
(sacrorum
Arria. Romano. et. tu. Graio. Laodamia
Hunc. titulum. meritis. seruat. tibi. forma. su
(perstes
sibi. suis. posterisq. eorum

Luceriae. 6

PASIDIAE. RESTITVTAE
M. ARRIVS. ANICETVS
CONIVGI . BENE
MERENTI

&, 7

CN. ARRIO. CN. F. PVB. AXIMIO
PATRONO. ORDIN. ET. COLON

&, 8

P. CAESIVS. P. F. ROM
ÆDILIS . SORAE
PVBLICANVS
ROMAE
ARRI . PEDATI
HILARI . L. ME

Id confirmat & Festus, cuius haec sunt: Torum, vt
» significet Torridum, Aridum, per unum quidem
» R, antiqua consuetudine, scribitur. sed, quasi per

» *duo* RR *scribatur, pronunciari oportet: nam An*
» *tiqui nec mutas, nec semiuocales litteras gemina-*
» *bant; ut fit in, Ennio, Arrio, Annio. Isidorus autem*
» *in Etymologiis, lib. 1. cap. 26. Veteres, inquit, non du*
» *plicabant litteras, sed supra sicilicum apponebant:*
» *qua nota admonebatur Lector, geminandam esse lit*
» *teram: Nummum quoque argenteum habet Atilius Delphinius, in quo hae litterae leguntur,* M. ARRIVS. SECVNDVS

CONTRA, *unica* R, *legitur in antiquis duabus inscriptionibus.*

Venetiis, in Templo D. Mariae Matris Domini. 9

ARIAE. Q. F. SERENAI
APOLLONIVS
LIB . ET . SIBI

Veronae. 10

P. P. Dedicauit

&, 5

Sulpicio. C. Sulpici. Nymphi. F. Romano
Annis. Vix. XVIII. et
Iuliae. Pieridi. Mat. Eius . et
Vibidiae. Sp. F. Thaliae. suae. Vxori
Nymphi. et. Vibidio. Thaleti. F. Thaliae

Mediolani. 6

Q . Octauius
Q. F . Ouf . Victor
I IIII I. uir
sibi. et. Fratri. pientissimo.
et. Sulpiciae. P. F. Sabinae
Vxori

Veronae. 7

V . F
Sulpicia. Eutycha
Sibi. et. C. Sulpicio
Philogyro. Lib. optimo
et. Rutilio. Restituto
Contubernali
In. Fr. P. XXIII. In. Agr. P. XXIII

Bergomi. 8

Pupia. M. F. secunda. V. F
Q. Sulpicio. Q. F. Rufo
IIII. uir. Q. uiro
Q. Sulpicio. Q. F. Sedato
IIII. uir. I. D. filio

Vide

Vide & in, AEDITVVS, 2. *&*, *in*, ANICIVS, 1. *& in*, BIBLIOTHECA, 1. *&*, *in*, CIRCVMVENIO 4. *& in*, CONDICIO, 1. *& in*, COIVX, 23. *& in*, DESIDERO, 2. *& in*, FVFIDIVS, 1

SVPELLEX, *vnica* P, *& duplici* L L. *libri veteres & Poëtae, qui primam corripiunt. Quamuis in lapidibus vnica* L, *legatur*

Romae, in hortis Matthaeiorum. 1

EVMOIPVS . CAESARIS
A . SVPELECTILE
DOMVS . AVRIF
ET. CLAVDIA . PALIAS
ET. SOLI . ET . LVNAE
DONVM . POSVERVNT

In Aedibus Porcariorum. 2

NESTOR
C. CAESARIS . SEX
GERMANICIANVS
A. SVPELECTI. VIX. A. XL

SVPREMVS, *vnica* P, *contra veteres aliquot lapides. etsi quidam lapides vnica* P *habent. prima enim apud Poëtas corripitur*

Romae, In Aedibus Atilij Delphinij. I

Rusticella. M. L. Cytheris
Debitum.reddidit. x. K. Sept. Maluginense. et. Blaeso CoS
Quandocumque, leuis. Tellus. mea. conteget. Ossa
Incisum. et. duro. nomine. erit. lapide
Quod. si. forte. tibi. fuerit. Fatorum. cura. meorum
Ne. graue. sit. tumulum. uisere. saepe. meum
Et. quicumque. tuis. umor. labetur. Ocellis
Protinus. inde. meos. defluat. in. cineres
Quid. lacrumIs. opus. est. Rusticelli. Carissime
Coniunx. Extinctos. cineres. sollicitare. meos
Vna. domus, cunctis. nec. fugienda. VIrIs
Vt. quae. uolui, tempore. tempus. habet
Nondum. bis. uicinos. annos. compleuerat. annus
Supremum. Parcae. sorte. dedere. Mihi

Sylla.

In Hispania Citer. 2

C. IVL .: FABIAN
ANN. XIX
FABIA . PAVLA
AMITA
MVNVS
SVPREMVM

In domo Caesia. 3

INGRATAE . VENAERI
SPONDEBAM . MVNERA
SVPPLEX. EREPTA . COIVX
VIRGINITATE. TIBI. PERSEPHO
NE. VOTIS. INVIDIT. PALLIDA. NOS
TRIS. ET. PRAEMATVRO. FVNAE
RE. TE. RAPVIT. SVPPREMVM
VERSVS. MVNVS . DONATVR
ET. ARAM. ET. GRATAM. SCAL
PSIT . DOCTA . PEDANA
CHELYN. ME. NVNC. TORQVET
AMOR. TIBI. TRISTIS. CVRA
RECESSIT . LETHAEOQVE
IACES. CONDITA. SARCOPHAGO

SYLLA, *potius, quam,* SVLLA. *nam Sulla antiquius est, eorum temporum, cum Romani, a Graecis litteris alieni, libenter* V, *pro* Y, *pronunciabant. itaque, Phruges, non, Phryges; & Purrhus non, Pyrrhus, eos dixisse, auctor est Cicero in*

 Oratore

Oratore. quod cum ille notauerit, nimirum significat, Aetate sua, cum Graecae litterae magno in honore esse coepissent, Graecam litteram Υ *esse receptam, vt diceretur Phryges, non Phruges; Pyrrhus, non Purrhus. quod cum ita sit; quis dubitet eadem ratione, Sylla potius, quam Sulla & scribendum, & pronunciandum? At Capitolini lapides aduersantur, scripti a Verrio Flacco, Grammatico doctissimo: in quibus aperte legitur Sulla non Sylla. Grauis omnino auctoritas opponitur. Etenim, si quisquam est, qui Capitolinis lapidibus multum tribuat; is ego sum: quorum etiam testimonio in hoc meo Commentario saepissime vtor. Idem tamen, cum Auctoritates veterum inter se comparantur, vnum Ciceronem, Romanae principem eloquentiae, sexcentis Verrijs facile anteposuerim nec tamen veto, quin, si cui libet, & quantum libet, Antiquitatem illam horridam, & incultam sequatur. Cuius generis homines hodie quoque multi sunt, & fuere, ipso viuente Cicerone. Eadem ratione Lacryma cum* Υ *scribi debet. cum tamen in omnibus lapidibus, & Sulla, & Lacruma perspicue legatur, Cum* Υ ψιλὸν *Graecum in* V *Latinum vertatur, vt,* Μῦς, *mus;* Σύλλα, *Sulla, & similia. Sic etiam Donatus in Terentij Hec. act.* I. *sc.* 2 *Syra, inquit, Sura veteres legerunt,* V. *pro* Υ *ponentes; vt Musia, Suria. Sic & Cumatilis color, a Graeco,* κύμα

Sylla.

L. CORNELIO. P. F
SVLLAE. COS
VII. VIR. EPVL
CLIENTES

&, 2

L. CORNELIO. L. F
SVLLAE. FELICI
DICTATORI
LEIBERTINI

&, 3

AELIAE. T. F. PROCVLAE
VIXIT. ANN. XVI. AELIVS
INCLVTVS. ET. AVOLEIA
SP. F. RESTITVTA. MISER
RIMI. PARENTES. FILIAE

&, 4

DOMINO . NOSTRO
FL. CLAVDIO. CONSTANTINO
FORTISSIMO. AC
BEATISSIMO . CAESARI
FL. VRSACIVS. V. P
TRIBVNVS . COHORTI
VM. VRBANARVM

X. XI. ET. XII. ET. FORI
SYARI

Vide & ,in, ARRETIVM, 22. *Centyriae, pro, Centuriae*

SYNHODVS, *cum* Y, *& Adspiratione. a Graeco; vt Methodus, Exhodus . lapides*

Lanuuij, ante Templum. 1

M . AVR . AVG . LIB
AGILIO . SEPTEMTRIO
NI . PANTOMIMO . SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE
AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M
AVREL. COMMODO. ANTONI
NO. PIO. FELICE. AVGVSTO
ORNAMENTIS .. DECVRIONAT
DECRETO. ORDINIS. EXORNATO
ET. ALLECTO. INTER. IVVENES
S. P. Q . LANIVINVS
. . . . . IBVS. COMMOD . . .
. . . . . ELIANO . . . . COS

Trans Tiberim, ad D. Benedicti. 2

L. AVRELIO
APOLAVSTO . . MEMPHIO
AVGG. LIB. HIERONICAE

CORONATO. ET.TON.DIAPAN
TON.APOLLINIS.SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI
SYNHODI. ET. AVGG
L. AVRELIVS
PANNICVLVS. QVI. ET
SABANAS . PATRONO
OPTIMO

T

TAEDET, *cum Ae. libri veteres, & lapides*

Beneuenti, in Vico Fabrorum ferrariorum. I

T. AVONIO. MARCELLINO
V.C.CONS. CAMP. PATRO
NO. DIGNISSIMO. OB. IN
SIGNIA. BENEFICIA. QVI
BVS. LONGA. POPVLI. TAE
DIA. SEDAVIT . VNIVER
SA . PLEBS . BENEVENTA
NA. CENSVIT. PONENDVM

TAETER, *cum Ae. ex Virgilio Carpensi lib.* X. *& ex antiquis lapidibus*

Romae, extra Portam Flaminiam, in vinea quadam. I

D . M

Musica. Cum . Cantu. Resonares. Carmi
na. Mire. Adtas. Parue. Puer. Dulci
Celebratus. Amore. Morte. Graui. Raptus
Taetra. Defungeris . Ora. immeriTus. De
cimo . Praegressus. Nobilis . Anno
set. Te. Noster. Amor. Memori. Pietate

Reformat . At . Quanuis . Te . Terra . Tegat
Miſerabilis . ima . sic . Dolor . in . paruo
Creſcit . Referente . sepulcro
Q. Bucuſus . Creſces . Et . Mindia . Fortu
nata . Alumno . nemerenti . Fecer
Filio . Martialis

TENSA, *ſine Adſpiratione. Feſtus, & Pedianus, qui deducit a Tendendo. Eius haec ſunt, in tertiam*
» *Ciceronis Orat. contra Verrem: Tenſae ſunt ſacra*
» *vehicula. Tenſas alij a diuinitate dici putant; alij*
» *quod ante ipſas lora tenduntur, quae gaudent ma-*
» *nu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius autem, enarrans illud Virgilianum, lib. 1. Aen*
» *Hic currus fuit; his verbis vtitur: Thenſam ſi-*
» *gnificat, qua deorum Simulacra portantur. Then-*
» *ſa autem cum Adſpiratione ſcribitur, ἀπὸ τῦ θείυ*
» *ideſt a re diuina. etſi in quibuſdam libris non eodem modo legantur haec poſtrema verba*

TENTO, *non*, TEMPTO: *ex Analogia. frequentatiuum enim eſt a Teneo. in quo diſſentio a quibuſdam antiquis libris, & lapidibus; ſicut & ab ijs qui, Sepulchrum*

Romae, ad D. Marci, in Aedibus Benzoniorum. I

. . . . es. Ex. Tribu
. . . . orum Hoc. Moni
. . . . M. Comparauit. Virgine
. . . . aciae. Helpidi. Libertae
Idem. Coniugi. Carissimae. Et. sibi. Et
C. Marcio. Victori. Et. Libertis. Liberta
busque. suis. Posterisque. Eorum. Ne. De
Nomine. Meo. Exiat. Quod. si. Quis. Id. (Mo
nimentum. Partenue. Eius. Vendere. Quis (Vo
let. Vel. Donationis. Causa. Cui. Manci- (pare
Voluerit. Alioue. quo. Nomine. Eius. Mo (nimenti
Partem. Alienare. Temptauerit. Dare. Da (mnas. Esto
Aerario. Populi. Romani. HS XV. M. N. Et. (Collegio
Pontificum. HS XV. M. N. Et. Emptor. Et. (Venditor
Comparatu. Autem. Est. De HS VII. M. N

H. M. D. M. A. H. M. EXT. H. N. S

&

Thorius.

&, 2

Imp. Tito. Caesari. Diui. Vespasiani. F
Vespasiano. Augusto. Pontifici. Maximo
Trib. Pot. X. Imp. XVII. Cos. VIII. P. P
Principi. suo. S. P. Q. R
Qui. praeceptis. Patris. Consilis. que. et
Auspicis. Gentem. Iudaeorum. domuit. et
Vrbem. Hierosolymam. omnibus. ante. se
Ducibus. Regibus. Gentibusque. aut
Frustra. petitam. aut. omnino. intentatam
Deleuit

TERCENTVM, *non*, TRECENTVM, *& similia, libentius scriberem, ratione habita compositionis*

THESAVRVS, *deductum a Graeco*, Θησαυρὸς, *perspicue constat: itaque quibusdam antiquis libris non assentior, in quibus video scriptum esse*, THENSAVRVS

THORIVS, *cum Adspiratione. nummus argenteus Alexãdri Toti, in quo est*, L. THORIVS. BALBVS. I. S. M. R. *& alius Rinaldi Odonij, itidem inscriptus. Sic &* THORANIVS, *in hortis Carpensibus*

THORANIVS
HONORATVS
IND. III

TORANIVS, *vero, in antiqua inscriptione, in Aedibus Colotianis*

C. OCTAVIVS. C. F. C.N. C. P.P
PATER. AVGVSTI
TR. MIL. BIS. Q. AED. PL. CVM
C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM
PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATVS
EX. PROVINCIA. MACEDONIA

TIBER, *cum* I. *ex antiquis lapidibus*

Romae, ante Aedes Caesias. I

EX . AVCTORITATE
IMP. CAESARIS . DIVI
NERVAE. FIL . NERVAE
TRAIANI . AVG . GERM
PONTIFICIS . MAXIMI
TRIBVNIC. POTESTAT. V
COS. IIII. P. P
TI. IVLIVS. FEROX . CVRATOR
ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS
ET. CLOACARVM. VRBIS. TERMI
NAVIT. RIPAM. R. R. PROXIMO
CIPPO. P. CCCLXXXVI. S

In

Tiber.

In hortis Fabianini Montij. 2

EX . AVCTORITATE
IMP . CAESARIS . DIVI
NERVAE . FIL . NERVAE
TRAIANI. AVG. GERMANIC
PONTIFICIS. MAXIMI . TRIB
POTEST. V. COS. IIII. P. P
TI. IVLIVS. FEROX . CVRAT
ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS. ET
CLOACARVM. VRBIS. TERMINAV
RIPAM. RR. PROXIMO. CIPPO
P. CLXXXIS

Ibidem. 3

C. Vibius. C. F. Rufus
Sex. sotidius. sex. F. strabo
Libuſcid
C. Calpetanus. C. F. statius. Rufus
M. Claudius. M. F. Marcellus
L. Viſellius. C. F. Varro
Curator. Riparum. et. Aluei. Tiberis
Ex. s. c. Termin

Ad Aedes Ruſticorum. 4

Ex. Auctoritate
Imp. Caeſaris. DiuI
Traiani. Parthici. F
DIuI. Neruae. Nepotis

Traiani. Hadriani
Aug. Pontif. Max. trib
Poteſt. V. Imp. IIII. Cos. III
L. Meſsius. Ruſticus. Curator
Aluei. et. RIparum. Tiberis. et
Cloacarum. Vrbis. R. R. Reſtituit
Secundum. Praecedentem
Terminationem. proxime. Cipp
ped. C. XVS

&, 5

C. Calpetanus. Rantius
Quirinalis. Val. Ceſtius
Curator. Riparum. et
Aluei. Tiberis. Terminauit

Vide, &, in, BRITANNIA, 5

TIBICEN, &, TVBICEN, *reperio in antiquis monumentis, cognatione, vt opinor, litterarum* I, & V *Vide Festum*

Romae, in hortis Carpens. I

IMP. CAES
L. SEPTIMI. SEVERI
PII. PERTINACIS
AVG. ARAB. ADIABEN
PARTHICI . MAXIMI
FORTISSIMI. FELICISSIMI
P. P. FILIO

Tibicin.

M. AVRELIO. ANTONINO
PIO.FELICI.AVG
TRIB . POTEST. III.
. . . . . PROCOS
TIBICINES . ROMANI
QVI. SACRIS
PVBLIC. PRAEST. SVNT
DEDIC. PR.NON. APRIL (NO.COS
TI.CLAVDIO.SEVERO.ET.C. AVFIDIO.VICTORI
Q.Q. PRECILO.SERENO.II.TI.CL. TITIANO

Ad D. Gregorij, supra ostium vineae cuiusdam. 2

Collegio . Tibicinum
Et . Fidicinum. Romanorum
Qui. S.P.R.S
Ti . Iulius. Tyrannus
. . . . Munis. perpetuus. et
. . Iulius.Tyrannus. F
H.C.D.D
Dedicatum. K. Mart
. .rso.Seruiano.et.L.Fabio. Iusto.Cos

Via Cassia. 3

DIIS.MANIBVS.SACRVM
VLPIAE. PYRALLIDI. CONIVGI
ET.SIBI. HILARVS. AVG. LIB
TIBICIN. LEG. V. ALAVD
P.FEL. VIVVS.FECIT

Formijs

Formijs, in Sacello quodam. 4

. . . . lpo. lio . . L . . . .
. . . Arrio . salano . . . .
praef. Quinq. Ti. Caesaris
praef. Quinq. Neronis. eT. Drusi
Caesarum. DesignaTo. Tub. Sac. Pr
Aed. III. AugurI. Interregi
Trib. Milit. Legion. III. August
Leg. X. Geminae. praef. Equit
praef. Castror. praef. Fabr
Oppia. Vxor

&, 5

D I A N A E
L V C I N A E
I N V I C T A E
CN . . POMPEIVS . . .
CN . LIB . BARR .
VS . PROCVRAT
TVBICIN . . ROM
VOTO . . SVSCEPTO
L . M .

TILLIVS *Cimber, percussor Caesaris, non*; TVLLIVS *libri veteres, & Graeca consuetudo.*

TINGVO, *non*, TINGO. *libri veteres.*

TITIVS

TITIVS, cum T. libri, & lapides

Romae, in hortis Iulijs. 1

DIIS. MANIBVS
L. TITI. L. F. PVPINIA
MACRI. VI. VIRI
DECVRION
LAVDE . POMPEIA
VIXIT. ANNOS. XXX
TITIA . RHODOPE
MATER. ET
SALVIVS . VICTOR
CONLOC. F

In Aedibus Crescentiorum. 2

ASCLEPIO . ET
SALVTI
COMMILITONVM
SEX. TITIVS. ALEXANDER
MEDICVS. CHO. V. PR
DONVM. DEDIT
IMP. CAES. DOMITIANO
AVG. VIII. COS
T. FAVIO. SABINO

Ad Columnam Traiani. 3

FABIVS. TITIANVS. V. C
CONSVL
PRAEF . VRBI

In Aed. Paulli de Horologijs. 4

DIs . M
M . TITIVS
DIACONVS
M. TITIO. ADVTO
RI. FILIO. QVI. VIXIT
ANIS. IIII. DIEBVS
XXVIII. IVNIA
E V P H R O S I N E
MATER . FECERVNT
SIBI. ET. SVIS. PO
STERISQVE . EORVM

Beneuenti. 5

M. MARIO. M. F
STEL. TITIO. RVFINO
COS
LEG. LEG. I. MINER. P. F
CVR. COL. CLAVD. AVG
AGRIPPINENSIVM
PRO. COS. PROV. SICILIAE
CVR. AM ✝ ERNOR. PRAET
TR. PL. Q. PROV. MACEDON
SEVIR. TVRMAT. EQ. ROM
TRIB. LATICL. LEG. I. ADI. P. F
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC

TONSRIX, *non*, TONSTRIX; *scribendum praecipit Carisius lib.* I. *Instit. Sic & Fossrix, Cursrix Contra tamen scriptum reperi in antiquo lapide. vide, in,* SEXTIVS, I

TORVS, *sine Adspiratione. libri veteres, Virgilius Carpensis, & lapides*

D . M . S
IVLIA . FIRMA
SITA . TVMVLO
QVAE . COMMVNE
TORVM . SERVAVIT . CAS
TA . MARITI . ET . FIDEI . PLE
NA . PIETATE . NOBILE . VIXIT
SVBREPTA . EST . OCVLIS
IVVENIS . FATO . DICTAN
TE . INIQVO . MOCIMVS
SABINAE . AVGVSTI
SORORIS . LIB . TABVL
B . M . F

TRANSFERO, *& deriuata, cum* NS *scribo, ratione habita compositionis, & veterum librorum auctoritate: assentiente Donato, in Terentij Phormionis Prologum. vide, in,* SILVANVS, 2. *In duabus tamen inscriptionibus contra scriptum vidimus*

Romae, in Aedibus Hortensij Palini. I

DIs. Man
Iuniae. L. F. Cele . . . .
Ti. Ti. Claudil. Fuscaemus. Et. Pr . . . .
Claudiae. Quianae. Euschemus. Sorori . .
Primitiuus. Matri . . . .
Euschemus. Consobrinae. Samiariae. Arethusa
Isdem. Corporibus. Tralatis. Perm. Trib. pl. Et
Ti. Claudio. Epaphrodito. Tatae. Beneme. Fecer
Et. sibi. Et. Suis. Libertis. Libertabus. poste-
Eorum (risque

&, 2

Cn. Laudius. Cn. F. Fal. Thallus
Mil. Coh. x. pr. 7. Limi.
Item. Tesserarius. in. Leg. III
Italica. an. vi. traiectus. in
Coh. xi. pr. 7. P. Satri. Q. Mil
ann. IIX. vix. an. LXII. H. F. S. C. A

TRIVMPHO, *cum* PH, *non cum* F, *vt quidam putant. Cicero in Oratore, libri, & lapides*

C. Marius. Pr. Tr. Pl. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
Sortem. Bellum. Cum. IVGVRTHA. REGE. NVMID
Gessit. Eum. cepit. et. TRIVMPHANS. IN
Iouis. Aedem. Secundo. Consulatu. ANTE. CVR-
(RVM. SVVM

Triumpho.

Duci. Iussit. Tertium. CONSVL. APSENS. CREA
(TVS
Est. Quartum. Consul. Teutc ONORVM. EXER
(CITVM
Deleuit. Quintum. Consul. CIMBROS. FVGAVIT.
(EX. IEIS. ET
Teutoneis. Iterum. TriumpHAVIT. REMP. TVR
(BATAM
Seditionibus. Tr. Pl. Et. Praetor. ui. Qui. Armati
Capitolium. Occupauerant. Sextum. Consul.
(Vindicauit
Post. LXX. annum. Patria. Per. Arma. ciuilia. Pulsus
Armis. restitutus. Consul. Septimum. Factus. Est
De. Manubieis. Cimbriceis. Et. Teutoniceis. Ae-
(dem. Honori
Et. Virtuti. Fecit. Veste. Triumphali. Calceis.
(Puniceis

&, 2

L. Caecilius. L. F. Metellus
Pont. Max. Cos. II. Dictator. Mag. Eq
XV. Vir. Agris. Dandis. QuI. PrImus
Elephantos. Primo. Punico. Bello. Duxit
In. Triumpho. prImarius. Bellator
Optumus. Orator. Fortissimus. Imperator
Auspicio. Suo. Maximas. Res. Gessit
Maximo. Vsus. Honore. Summa. Sapientia
Maximus. Senator. Partam. Ex. Aequo
Pecuniam. Magnam. singulis. Liberis. Reliquit

Clarisſimus . In . Ciuitate . Fuit . Tributum
Ei . Vt . Quoties. In . Senatum . Iret . Curru
Veheretur . ad . Curiam . Quod . a. Condito
Aeuo . Nulli . alii . contigit

In Aedibus Capranicorum. 3

Fl.Eugenio.V.C.Ex.Praefecto.praetorio
Conſuli.Ordinario . Deſignato . Magiſtro
Officiorum.Omnium.Comiti.Domeſtico
Ordinis . Primi . Omnibusque. palatinis
Dignitatibus . Functo. Ob. Egregia. Eius
In. Rempublicam. Merita. Huic
DD. NN. Conſtantinus. Victor. ac
Triumfator. Semper. Auguſtus. et
Iulianus. Nobiliſsimus . Caeſar
Statuam . Sub . Auro . In . Foro . Diui
Traiani . Quam . ante . Sub . Diuo
Conſtante. Vitae . et. Fideliſsimae
Deuotionis. Gratia . Meruit
Adprobante. Ampliſsimo. Sehatu
Sumptu . publico . Loco . ſuo
Reſtituendam . Cenſuerunt

In Quirinali, in domo quadam. 4

M . ANTONIVS . EXOCHVS
T. H. R
M . ANTONIVS
EXOCHVS . NAT
ALEXANDRINVS

Triumpho.

ROM. OB. TRIVMP
DIVI. TRAIANI. DIE. II
* TIRCVM . ARAXE. CAE
ST. MISS
ROM. MVN. EIVSD
DIE. VIIII. FIMBRIAM
LIB. VIIII. MIS. FE
ROM. MVN. EIVSD
. . . .

&, 5

P. DECIVS. DECII
F. PRIMO. COS
DE. SAMNITIBVS
TRIVMPHANS
SPOLIA. EX. IEIS
CERERI. CON
SECRAVIT
ITERVM. ET
TERTIO. CON
SVL

Nummum quoque argenteum se vidisse apud Laurentium Medicem; ait Politianus in Miscellaneis; hac inscriptione, TRIVMPHVS. *& alium, his litteris* TRIVMPVS

TVCCIVS, *duplici* C C, *familia. ex antiquis lapidibus*

Romae, Ad D. Clementis. 1

. . . .
. . . PYSTIS . ET . TVCCIA
. . . PARENTES . FILIAE
. . . NTISSIMAE . FECERVNT
. . . AN. V. MES. X. DIEB. XII

Puteolis, in hortis Proregis. 2

TVCCIAE	DIIS	CRISEIA
SP. FIL	MANIBVS	SP...
CLEOPATRAE	CN. COSSVTIO	......
	ATIMETO	
	PAENVIARIO	

TVRRANIVS, *duplici* RR, *& unica* N. *lapides*

Romae, ad D. Mariae in Via, in scala quadam. 1

TVRRANIAE..
SORC . . .
S . . . .

&

Tufcia.

&, in Aedibus Bruti Vallen. 2

DIS. MANIBVS
TVRRANIAE . HAGNE
Q. TVRRANIVS. ARTEMIDORVS
LIB. GRATISSIMAE . ET
OBSEQVENTISSIMAE . ET
SIBI. FECIT. ET. LIB. LIBERTAEQ
POSTERISQ . EORVM

Vide &, in, Calpurnius, 3

TVS, sine Adspiratione. libri veteres, & Virgilius
» Carpensis. Carisius quoque, lib. 1. Instit. Tus, inquit
» a Tundendo, sine Adspiratione dicitur: quamuis
» Iulius Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν, tractum dicat. Vide
& Porphyrionem in Horat. Carm. lib. 1. Od. 30

TVSCIA, sine Adspiratione. libri, & lapides

1

P. TITIO. PERPETVO. V. C
CONSVLARI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE
OB. SINGVLARIA. EIVS. ERGA
PROVINCIALES . BENEFICIA
ET. OB. MODERATIONEM. DOCV
MENTO. ETIAM . POSTERIS
RELINQVENDAM . AETERNAM
STATVAE. MONVMENTVM
TVSCI. ET. VMBRI
PATRONO. PRAESTANTISS. CONL

In Aedibus Capranicorum. 2

ASTERII
L. Turcio. Aproniano. V. C
Filio. L. Turci. Aproniani. V. C
Praefecti . Vrbi . Nepoti
L. Turci. secundi. C. V. Consulis
Quaestori.. Praetori. Quindecem
Viro. sacris. Faciundis. Correc
tori. Tusciae. et. Vmbriae. Omni
Virtute . Praestanti . statuam
Ex. Aere. Ordo. Spoletinorum
Ad. Memoriam. Perpetui. Nominis
Conlocauit
Curantibus. Flauio. s. P. R. V. P et. Codonio. Tau-
(ro. Iun
post. Amanti. et. Albini. Cons

Narniae, ad Portam antiquissimam. 3

T.. ie.. anii
P. Publilio . Ceionio
Iuliano
Correctori. Tusciae. et. Vmbriae
* ob. insignit. eius. gesta. et. inlus
tre. Nominis. E. rationis. meritum
Ordo. Narniensium. una. cum
Ciuibus. Statuam. Conlocaue
runt. Patrono. dignissimo

Interamnae

Dusia.

Interamnae, apud Statium Donatum. 4

Iulio . Eubulidae
C. V. Corr . Tusciae
X. Viro . praefecto
aerarii . s. saturni
ob . inlustria . ipsius
merita. et . amorem. iux
ta. Ciues . Ordo . Inte
ramnatium . patrono

Florentiae. 5

Appius . Claudius
C. F. Caecus
Censor. Cos.Bis. Dict. interrex. III
Pr.II. Aed.cur.II.Q.Tr.Mil.III.Com
plura. Oppida. de. Samnitibus. cepit
sabinorum. et. Tuscorum. Exerci
tum.Fudit.Pacem.Fieri.Cum. pyrrho
Rege.Prohibuit. In. Censura. Viam
Appiam. strauit. et. Aquam. In
Vrbem. Adduxit. Aedem. Bellonae
Fecit

Arpini. 6

7. F. MANCI P.Ↄ
F.CNCHABRIIT

VSC. F. SVCI D
AVRVM
PED. CCCXXC
COB

TVSCVLANVS, *sine Adspiratione, libri, & lapides*

Tridenti

I

Imp . Caes. L. septimio. seuero. Pio . pertinaci . Aug
pont.Max.Trib.Pot.$\overline{VI}$.Imp. $\overline{XI}$.Cos.$\overline{II}$. P.P. M. Aurelius. Menophilus
Ornatus. Iudicio. Eius . Equo. publ. sacerdos . Tuſculan
Aedil. polae. cum. Menophilo. patre. Lib . Augg. $\overline{NN}$
Ex. procurat. indulgentiſsimo. L.D.D

Tridenti. 2

C.VALERIO . C. F. PAP
MARIANO
HONORES . OMNES
ADEPTO . TRIDENTI
FLAMINI. ROM. ET. AVG
PRAEF. QVINQ. AVGVR
ADLECTO. ANNON. LEG. III
ITALIC. SODALIS. SACROR
TVSCVLANOR . IVDICI
SELECTO. DECVR . TRID
DECVRIONI . BRIXIAE
CVRATORI. REIP . MANT
EQVO. PVBL. PRAEF. FABR
PATRONO. COLON
PVBLICE

TVTELARIVS, *vnica* L. *libri, & lapides.*

Romae, in domo Caesia. 1

C.Sallio. Ariſtaeneto . C. V
Septemuiro . Epulonum
Sodali . Auguſtali . Iuridi
co. per. Picenum. et. Apuliam
Curatori. Viarum . Aureli
ae . Corneliae . Triumphalis
Praetori. K. Tutelario. Quaeſtori
deſignato. et. eodem. anno.ad. Aedi

Quttlarius.

litatem promoto. x. Viro
Stlitibus. iudicandis . Oratori
Maximo
Decuriones. et. Plebs. Coloniae
Afculanorum
propter. humanitatem. abftinentiam

Cura. agentibus
Aetrilio. Prifciano
Tettieno. Proculo

In Aedibus Capravicorum. 2

C. sallio . Ariftaeneto
C. V. Septemuiro. Epulon
sodali. Auguftali. Iurid
per. Picenum. et. Apuliam
Curatori. Viar. Aurel. et
Corneliae . Triumphalis
Pr.K. Tutelar.Q. defignato
et. eodem. anno. ad. Aedilita
tem. promoto. x. Viro. stliti
bus. iudicand. Oratori. maximo
Decuriones. et. Plebs. Colo
niae. Anconitanorum. propter
humanitatem . abftinentiam
efficaciam

Sic

Sic &, Tutela, unica L

In hortis Euryali Rufini. I

FORTVNAE. ADIVTRI
CI. ET. TVTELAE. VAL
FLORENTINVS
V. L. S

TYRANNVS. *Graeca Consuetudo, libri, & lapides*

Romae, in Arcu Constantini. I

Imp. Caes. Fl. Constantino. Maximo
P. F. Augusto. S. P. Q. R
Quod. instinctu. diuinitatis. mentis
magnitudine. cum. exercitu. suo
tam. de. Tyranno. quam. de. omni. eius
factione. uno. tempore. iustis
Rempublicam. ultus. est. armis
Arcum. Triumphis. insignem. dicauit
Liberatori. Vrbis. Fundatori. Quietis

TYRO, *nouus miles, cum* Y, *non cum* I. *ex inscriptione edicti vetustissimi, quae adhuc in Rubiconis ripa conspicitur; a me, superiore anno* CIↃ D L X V *cum Venetijs Romam redirem, diligenter exscripta*

IVSSV.MANDATVVE.P. R. COS
IMP.MILI.TYRO.COMILITO.
MANIPVLARISVE.CENT.TVR
MAEVE.LEGIONARIAE.ARMAT
QVISQVIS.ES.HIC.SISTITO.VE
XILLVM.SINITO.NEC.CITRA
HVNC.AMNEM. RVBICONEM
SIGNA.ARMA.DVCTVM. CO
MEATVM. EXERCITVMVE.TR
ADVCITO.SIQVIS.HVIVSCE
IVSSIONIS.ERGO.ADVERSVS
IERIT.FECERITVE.ADIVDICAT
VS.ESTO.HOSTIS.P.R.AC.SI.CO
NTRA.PATRIAM. ARMA.TVLER
IT.SACROSQVE. PENATES.E.PEN
ETRALIBVS.ASPORTAVERIT.SA
NCTIO.PLEBISCI.SENATVS
VE.CONSVLTI. VLTRA.HOS.FI
NES.ARMA.PROFERRE.LICEAT
NEMINI

S . P . Q . R

V

VACCINIA, *duplici* CC.*Virgilius Carpensis,& Vaticanus*

VALETVDO *dixerim libentius, quam* VALITVDO *Contra Analogiam, & veteres aliquot libros. video enim Horatium in Sermonibus dixisse, Valetudo producta secunda syllaba; quae, si, Valitudo, dicas breuis erit. Verisimile igitur est, alios, Valitudo; alios Valetudo, pronunciasse, in quibus Horatium; fortasse a duplici Supino, Valitum, & Valetum; vt ab Soleo, Solitum, & Soletum; unde Obsoletum, Exsoletum. (quamuis Priscianus Obsoletus ab Obs, & Oleo deducat; & Obscenus, ab Obs, & Cano. quod nimis absurdum videtur) potest enim, vt a duplici praeterito, Solui, & Soleui, factum est duplex Supinum Solitum, & Soletum, itidem fuisse a Valeo duplex praeteritum; Valui, unde Valitum; & Valeui unde Valetum: ex quo, Valetudo. Nummus quidem argenteus Andreae Lauretani, & alius Rinaldi Odonij, sic habent,* M'. ACILIVS. III. VIR. VALETV. *Quo modo & antiqui lapides*

In

Varus.

In Casinati, in ruinis villae. I

SEX. VIGELLI. AQVINAT. QVI
ANN. ATTIGIT. CENTENS
SET. ALTERVM. ET. NONAGENS
PERPET. INOFFENSA. VALETVD.
EXEGIT. RELIQVOS. SEPTEM. ET. D. XIIX
DECVBVIT. ET. OCCVBVIT
T. LVD. SAECVL. VIII. OBIIT. SEQVEN

VARVS, *unica* R. *lapides, & nummi argentei tres Andreae Lauretani, & unus Matthaei Forerij, sic inscripti,* C. VIBIVS, VARVS. *etsi Victorinus Afer antiquus Grammaticus, aliter sentiat*

Romae, in Area Apollinari. I

P. Quinctilius. SEX. F. VARVS
CoS
Ludos Votiuos. PRO. REDITV
Imp. Caes. Diui. S AVGVSTI
Ioui. Optimo. MAXIMO. FECIT
Ti. Claudio. Ner ONE. CONLEGA

Ad D. Rufinae, Trans Tiberim. 2

P. ALFENVS. VARI. L
STRATO
VIXIT. ANNOS. LXXIII
NICEPOR

&, 3

L. GELLIVS

OVF

VARVS

VETER. LEG. XIII. GEMINAE

In Agro Veronen. 4

L. TENATIVS. M. F. VARVS

VATTIVS, *duplici* TT *scribo, ex Victorini sententia*

VELLAEVS, *scriptum reperio in antiquis lapidibus*

Canusii. 1

C. VELLAEVS. C. LIB. VRSIO. AVG
SIBI. ET. TVTORINAE. FILIAE
TREBELLIAE. FELICVLAE. VXSORI
TREBELLIAE. ARESCVSAE
ET. TREBELLIA. FELICVLA. SIBI. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. MEIS
* C. IN. CVLTV. MONVMENTVM. CVM. P. XV
ET. ITER

VENEO, *pro, Vendor; sine diphthongo. ex Pandectis Florentinis, & antiquis lapidibus*

Romae

Vettius.

1 *Romae, ad Agonem.* 1

M. Aurelius. Romanus
et. Antiſtia. Chreſime
Vxor . Eius
Fecerunt . Sibi
et . Libertis . ſuis
Libertabusq.
Poſterisq. Eorum
Monumentum
cum . Aedificio
ſuperpoſito
Hoc. Monumentum. cum. Aedificio
neque. ueniet. neque. donabitur
neque. pignori. obligabitur
ſed. nec. ullo. modo. alienabitur.
Ne. de. nomine. exeat. Familiae. ſuae

VETTIVS, *duplici* T. *nummus argenteus apud Rainutium Farneſium, Cardinalem, in quo eſt,* T. VETTIVS. IVDEX. *&* *lapides*

Romae, in hortis Armellinorum. 1

L. VETTIO. SYNTOPHO
RELIGIOSO
A. MATRE . MAGNA
CAPILLATO
VETTIA . AMOR

DE . SVO. FECIT
POSTERISQVE . EORVM

hortis Paulli Bubali, ad Aquam Virginem. 2

DIs. Manibus .
Vettiae. Hagnae. Patronae
Benemerenti
Q. Vettius. Nicephor. L

hortis D. Alexij, in Auentino. 3

C. Vettio . C. F
Col. Nigro
Domo . Antiochia
Syria. Veterano. Leg. II
Fulminat. Milit. Ann. XXVI
Vix . Ann . LVII
Ex. Teſtamento

Ad D. Agnetis. 4

Dis. Man
L. Vettius. Phileros
Fecit. Sentiae. Hoſpiti
Coniugi. Suae. B. M
Iunio . Syntropho
et. sibi . et . Suis
Poſterisq . . Eorum

Vettius.

In Foro Romano. 5

Gabinius . Vettius
Probianus. V.C. praef. vrbi
statuam. quae . Basili
cae. Iuliae. a. se. nouiter
reparatae ornamento
esset. Adiecit

Ad D. Eustachij. 6

DIS. Manibus
sacrum
Foliae. C. F . Quietae
M. Vettius. Tigris
Coniugi . . optimae
Benemerenti . et
Sibi . posterisque Suis
et. M. Aurelio. Charilampe
et. M. Aurelio. Achilleo. P. I. S

& 7

D . M
Alfenatiae. Florae . Carissim
Vix. Ann. XXXV M . . . D. XI
et . Alfen. . Euplo
Vix. A. L. M. VII. D. XV
Fecit. P. Vettius. Dius
In. Ag. P. V. In. Fr. P. V

&, 8

SYMPHORVSAE
VETTIA . MEGISTE . ET
M . VETTIVS . ONESIMVS
ALVMNAE . DVLCISSIMAE
FECERVNT
VIX. ANNO. VNO. MENSIB.XI
DIEBVS. XX.

&, 9

D . M
M. VETTIVS . GERMANVS
NOMINE. SVO. ET
THAIDIS . VXORIS . SVAE
MONIMENTVM . FECERVNT
SIBI. ET. LIBERTIS
LIBERRTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM

&, X

D . M
C.IVLIO.VETTIO.AVG.VINDELICVM.MIL
ER. LEG. VIII. AVG
VIXIT.ANNIS.XXIII
MILITAVIT.ANN.VI
H. F. C

Vettius.

&, xi

C . VETTIENO
C L A V D I A N O
FILIO . PIISSIMO
CLAVDIA . ZO
SIME . MATER
FECIT

&, 12

D . M . S
C. VETTIENO. FAVSTO. BENEMERENTI
Q. HORTENSIVS. SECVNDINVS. HERES

Sentini. 13

D . M
V E T T I A E
V I C T O R I A E
MATRI
P I I S S I M A E
M . AEMILIVS
M E V A N A S

Asisii, ad D. Paulli. 14

DIS. MANIEVS
SACRVM
T. VOLCASIO. CINNAMO
VI. VIR. AVG

VETTIAE . SATVRNINAE
VOLCASIA . T . F . SATVRNINA . PARENTIBVS

In Agro Fulginate, ad D. Marcelli. 15

VETTIA
D . L
EPHEMERIS

Neapoli. 16

M . VETTIO
M . F . FAL . PIO
EQVO . PVBLICO
PRAEFECTO
COH . VI
THRACVM

Gratiani, opidi Montisferrati. 7

V . F
T. Vettius . T, L
Hermes
Seplaſiarius
Mater . genuit . Mater . recepit
Hi . horti . ita . uti . opt . maximiq . sunt
Cineribus . Seruiant . meis
Nam . curatores . ſubſtituam
qui . ueſcantur
ex . horum . Hortorum . reditu
Natali . meo
et . praebeant . Roſam . in . perpetuum

Hos

Vicesimus

Hos . Neque . diuidi
Neque. abalienari . Volo

. . . .

Vide &, in, ALLIENVS, I. *&, in*, CALPVRNIVS 7. *&, in*, CERIALIA, I. *&, in*, KALENDAE 12. *&, in*, PECVNIA, I. *&, in*, POLLIO, 6

VERRVCOSSVS, *duplici* RR, *& duplici* SS. *vt*, *Imperiossus* . *Lapides Capitolini*

VERTEX, *cum* E, *non*, VORTEX, *scribendum ait Quinctilianus lib*. I. *quo etiam loco, primum Scipionem Africanum ita scripsisse, tradit. Sosipater, Vorticem, a Vorando; Verticem, a Vertendo, dicta putat*

VIBIVS, *vnica* B *scribo, ex antiquis lapidibus. vide in*, HILARVS, 19. *Audio tamen inscriptionem esse Arcadiae, in Apulia, in porta Ecclesiae D. Petri, in qua duplici* BB *scriptum sit*]

Mariae. M. F. Vibbiae .L. F. Tertiae
C. Vibbius. L. F. Ser. Matri. et. Sorori
Faciundum . . . . . Curauit .

VICENSIMVS, *numquam scribo; sed, Vicesimus, Tricesimus, & similia: Aurium sensu comprobante contra veteres aliquot libros, & lapides*

Romae

Romae, ad Agonem. I

. . . .

SIBI . ET
MARCIAE . PRIMAE
CONIVGI . PIISSIM
OPTIME . DE . SE . MERITAE
QVAE . ANNVM . TRIGENS
AGENS . DECESSIT.
D . D

In nummo vero argenteo Io. Sambuci hae litterae leguntur

IMP. CAESAR . TRAIANVS. HADRIANVS.P.M. (TR. P.COS. III
RELIQVA. VETERA . HS.NOVIES.MILL.APO (LITA.S.C

VICETIA, *non*, VINCENTIA. *libri, & lapides*

Vicetiae. I

M. Ennius . M . F. Men. Vicetinus . Sacr
Aed.Curulium. Armentarius. Decurioq
Decuriae. Vicetiae

In Agro Vicetino, in Monte Sumano. 2

Palaemon. L. L. L. D. F
Gramma. Veicet. atq. Rhet
Sibi. Et. Tuberoniae. Contubernali
Feminae . Obſequentiſsimae
atq. Bene. merenri
Lapideum . ſtruxit. Tumulum
In. eo. quidem. Cadauer. quies. eſto
Alio. autem. reuertito. animus

Leonici, in Agro Vicetino. 3

Sex. Atilius. M. F. Serranus
Pro. Cos. Ex. S. C
Inter. Ateſtinos. Et
Veicetinos . Terminos
Statuit

VILLICVS, *duplici* LL. *libri, & lapides. etſi quidam lapides unica* L.

Capuae, ad D. Benedicti. 1

EVTYCHVS . VILLIC
A'. PLV'MBO
EVAGOGVS. A. F. . . . . .
FECERVNT. SIBI. ET. SVIS

Pau-

Pausylipi. 2

GENIO . CAESARVM
DIOGNETVS . VILLICVS
FECIT

Vide &, in, SALLVSTIVS, X

In Collegio Iesuitarum. 3

SIGNVM
HERCVLIS
DORVS. LARC
DISP. QVI. ANTE. VILLICVS
HVIVS. LOCI
D . D

In Aedibus Atilij Delphinij. 4

SILVANO
SACR
AMPLIATVS
HILARI
AVGVSTOR
LIBERTI . SER
VILICVS
D . D

Vide

Vindico.

Vide &, in, HORTI, 3

VINDICO, *non,* VENDICO. *libri veteres, Festus, Pandectae Florentinae, Analogia, (dicimus enim, Vindex, non, Vendex) & lapides*

Romae, Ad D. Helenae, retro Thermas Constantinianas. I

Petronius. Perpenna. Magnus. Quadratianus. V. C. et. In I. Praef. Vrb
Constantinianas. Thermas. longa. incuria. et. abolendae. Ciuilis. uel
potius. Feralis. cladis. uastatione. uehementer. adflictas. ita. ut. agni
tione. sui. ex. omni. parte. perdita. desperationem. cunctis. repa
rationis. adferrent. deputato. ab. Amplissimo. Ordine. paruo
sumptu. quantum. publicae. patiebantur. angustiae. ab, extremo
Vindicauit. Occasu. et. Prouisione. largissima. in. pristinam
Faciem. Splendoremque. restituit

In

In Foro Romano. 2

Imperatoribus. Inuictissimis. Felicissimisque
DD.NN. Arcadio. et. Honori. Fratribus
Senatus. Populusque. Romanus
Vindicata . Rebellione
Et. Africae. restitutione. laetus

Vide &, in, MONVMENTVM, 8. *&, in,* PLAVTIVS I, *& in,* TRIVMPHO, I

VIRDVMARVS, *non*, VIRIDOMARVS, *Gallorum dux, a* M. *Claudio ad Clastidium interfectus lapides Capitolini*

VIRGILIVS, *malo, quam, Vergilius. ex versu Calui, veteris poetae*

» *Et Vates, cui virga dedit memorabile nomen*
» *Laurea*

Quamquam crediderim non fuisse hoc proprium Poëtae nomen; sed ortum esse ex Virgilia familia, satis nota; omnesq. maiores eius Virgilios fuisse. Pierius etiam primam syllabam cum I, *scribi maluit cuius rationes, visum est, vt hic adscriberem, quo certius in hoc nomine scribendi ratio cognosceretur Sic igitur ille in extremo Commentario in* IIII. *Georgicon Librum: Non alienum fuerit, a suscepti operis negotio, si, quo modo Virgilij nomen sit scribendum*

» dum, ipſe quoque, cum tot alijs, qui argumentum
» huiuſmodi amplexi ſunt, quaeſiero. I, ſiquidem, an
» E, potius ſit huius nominis vocalis prima, littera-
» tiſſimis illis, qui ſuperiori Aetate claruere, uiris (Po
» litianum ſignificat) haud parum negotij faceſſit
» Atque illud in primis non ierim infitias, in Roma-
» no Codice paſſim, VERGILIVM, & VERGILI
» per, E vocalem ſecundam ſcribi. ſed enim id ea de
» cauſſa factum crediderim, quod mutatio litterae I in
» E, atque itidem E in I, ſit toto eo Codice frequentiſſi
» ma: vt, ſublimes in aethere Niſus; pro, Sublimis
» Quique nouas alites: pro, Alitis. Aut, Phyllides
» ignes; pro, Phyllidis. Tum, Regidas motare cacu
» mina quercus; pro, Rigidas. fuerunt enim ſaecula
» quae I litteram odio quodammodo proſequi viſa ſunt
» Contra, quae libentius E, per I litteram proferre mal
» lent. hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus, Var-
» rone teſte, qui nunc MERCVRIVS. Et ex eadem
» originatione Commircia illi per I, ſecunda ſyllaba
» quod Nos Commercia per E libentius enunciare uo-
» luimus. Quid, quod, ELIGANTER, ſecunda ſyl-
» laba per I ſcribendum praecipit Caper, quod ab Eli
» go deſcendat? nemo vnus tamen dictionem ita pro-
» ferre nunc auderet. Pari modo idem auctor, EXIN
» TERAVIT, quod ex interioribus verbum emanarit
» & ſcribendum, & pronunciandum, monet. cum
» nos tamen τὰ ἔντερα, dictionem Graecam, agnoſca-
» mus, vnde verbum id conformauerimus. Et, ne
» taedium afferat ſingulorum nomenclatura, ſexcenta

huiuſmodi

Virgilius

" ta huiusmodi praeteribimus. Vt minus me moueat
" quod in Pandectis quoque illis, quae nunc Floren-
" tiae publice asseruantur, libro ipso Iustiniani Prin
" cipis, vt creditur, archetypo, non aliter, quam
" per E nomen id notetur. Sint Commentaria Tiberij
" Donati, grandioribus notata characteribus; sint
" codices alij, atque alij, huius uel illius Auctoris, in
" quibus VERGILIVS, per E scriptum inueniatur
" Aetatis quippe id consuetudine, non ratione, fa-
" ctum contenderim; tot alijs nominibus, quod ad
" has litteras pertinet, pro temporum uarietate, ua-
" riantibus. quod si aliqua reperiantur monumen-
" ta, in quibus VERGILII nomen per E nota-
" tum sit, certe longe plura sunt, in quibus VIR-
" GILIVS per I legatur. Et, ne de Marone
" dictum dubitemus, visebatur in Foro Traiani
" proximus his annis monumentum id, quod HONN
" IMPP. in Claudiani, poëtae luculentissimi, me-
" moriam erexerant. in quo, praeter Latinam inscri
" ptionem, quae facti consilium, & Claudiani meri-
" tum, indicaret, Graece insuper κατ' ἐπιτομὴν in-
" cisum distichon legebatur huiusmodi :

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ. (ΜΟΥϹΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡωΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΗΣ (ΕΘΕϹΑΝ·

" Ex quo manifestum est, VIRGILII Maronis no-
" men in monumentis publicis per I notatũ fuisse. An
" vero memorem Graecos Codices, in quibus Virgilij

nomen habeatur? ſane apud Stephanum in dictione Μάντυα, *nomen hoc per* ἰῶτα *legitur, nō per* ε ψιλὸν ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητής. *Sed, haec perquirere non eſt cōſilium. nā obijcient, in Suidae collectaneis Vergilij Maronis nomē per* ε *legi in dictione,* Ἀρριανὸς *qui Virgilij Georgicon Metaphraſim fecit. Sed ia magis abſurdum, quod in eodem loco;* VERGILLIVS, LL *geminato legitur,* Βέργιλλιος; *uti etiā in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri. quamquam id ea ratione factum eſt, (de vocali tantum loquor) quod* VIRGILIVM *a virga plerique dictum agnoſcebant, id ſcilicet a Matris ſomnio deſumptū. Virgam vero recentiora illa tempora per* E, *vt nunc quoque uulgo dicitur,* VERGAM *primo dicere, inde* VERGILIVM, *eadem ſtribiligene, ſcribere coeperunt. Sed enim, ſi ab Etymo nominis huius rationem petamus, Virgilio nomen a Virginali facie, uel modeſtia, inditum, Interpretes affirmant; cūq.* PARTHENIATA *vocatū, tā veterū ſcripta; quā inſcriptiones librorū eius oſtendunt in quibus tot Codicibus uetuſtis notatum inſpicitur*

P.PARTHENIATIS.VIRGILII.MARONIS

Accedit huc Epigramma Graecum, quo Dido queri uidetur, alienum quid Virgilium a ſui nominis ſignificatione feciſſe, cum pudiciſſimae feminae tam foedas impudicitiae notas inuſſit. ad id enim alludit finis ille

Πιέριδες τι μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσασθαι Μάρωνα
Τοῖα καθ' ἡμετέροις ψεύσατο σωφροσύνης

Quare

Virgiliu

» Quare, siue Etymona Virga, siue a Virginali specie: unde illi tam celebre nomen; VIRGILIVS, per I, scribi debere uidetur. Quod uero apud Romanos in Antiquorum monumentis nomen id per E non numquam notatum inueniatur, ut apud Angelum Colotium, in eius hortis

C. VERGILLIVS. MARTANVS. COLONVS

» Hos, aequo aliquo dato iudice, percunctari uelim, si tantum illis monumentis tribuunt, ut, quidquid in illis inspexerint, pro lege habeant; cur non & reliqua eodem modo scribenda censent, quo singula eodem marmore scripta sunt; quippe VERGILLIVS LL. geminato, BONE, & CARE, absque diphthongo, in Acquisitiuo casu. cur, quia in alio marmore peruetusto, Romae, Q. BERGILIVS, legitur, non itidem praecipiunt, BERGILIVS per B mutam non per V digammon scribendum esse. Nam, quod alibi legatur

M. VERGILIVS. NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIIII

» non magis me mouerit, quam, VERGINIA, & VERGINIVS, praeter Analogiae rationem, per E, quodam in monumento scriptum. Pari sententia, hodie, haudquaquam ego DEANA scripserim, quod ad D. Eustachij legerim, DEANAE. D. D. neque MENERVA, LEBER, &, MAGESTER, quae per E protulisse Veteres, Fabius attestatur. Neque, IOVE, datiuo casu; tametsi Aquilae, intra Aedem Sancti Secundi, notatum sit

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F

» Neque itidem, DIE, & VICTORE; pro, DII, & VI
» CTORI. quae idem apud Veteres Quinctilianus ag-
» noscit. Verum ego plurima, quae super hoc dici pos-
» sent, de industria praetermitto; qui certo sciam, cla
» rissimos litteratura viros, quorum lucubrationes
» propediem in lucem spero prodituras, satis superq
» iis, qui E luteram in eo nomine adamarunt, respon-
» disse. Haec Pierius. Contra tamen Coelius Rhodi ginus Antiq. Lect. lib. VII. cap. 4. & Politianus Epistolarum lib. V. et Miscellaneorum cap. LXXVII. Pierii tamen sententiam magis probo. etsi supra in APVLIA, 3. Vergilius, per E, legatur

VNGVENTARIVS, non, VNGENTARIVS. libri veteres, & lapides. quamquam in aliis contra

Romae, apud Atilium Delphinium. 1

FAVSTVS . PO....
INSTITOR . VNGVEN

Vide & in, HILARVS, 18

Venusii, Apuliae opidi, in Templo Annunciatae. 2

CLAVDIO . PHI
LARGYRO . VN
G E N T A R I O
ISQ . FAMILIAM
SVAM. MANVMISIT.

Volturcius.

PECVNIAMQ
LEGAVIT

VOLCANVS. *libri veteres, Virgilius Carpensis, & Vaticanus Vnde & in lapidibus Capitolinis,* VOLCANALIA; *assentiente Kalendario uetere Romano, & alijs lapidibus*

Romae, ad D. Mariae in Via Lata. 1

Cn. Sergius. Cn. L
Anthus. Pater

Cn. Sergio. Cn. F. Vot
PrIsco. FIlio. Suo
PraetorI
SacrIs. VolcanI. Ex. D.D
AedIli. Adlecto

In domo Caesia. 2

M. Corneli. Pal . Valerian
Flamini. Praetori. II. Sact. Volcani
Decurion. Laurentium. Vici. Aug. eius
Patrono. Corporis. Lemnic. Viariorum
Auxiliariorum. Ostiensium

Vide &, in, QVINCTVS, 2

VOLTVRCIVS. *lapides*

Romae, ad Agonem, prope D. Agnetis, in scala quadam. 1

A. Volturcio. Pamphioni

VOLTVRNVS. *ex antiquis libris, & eodem Kalendario*

VVLSINIENSES, *non*, VOLSINIENSES. *lapides Capitolini: etsi aliter alij lapides. Vide, in* BAETICA, 2

VVLSO, *non*, VOLSO, *Maniliorum Cognomen. lapides Capitolini*

ZMYRNAEI *Populi. libri veteres, & lapides: quamquam in alijs legatur, Sdmyrnaei*

Romae, in Aede D. Crucis, ad Forum Iudaeorum. 1

TI. CLAVDIO
ONESIMO
VIATORI
COLLEGI. MAGNI
CLAVDIA. ZMYRNA
COIVX

Malphiae. 2

DIVO. IVLIO
CIVIT
ZMYRNAEORVM

Interpungendi ratio

792

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F

FRANCISCO. MORANDO S. P. D

INTERPVNGENDI rationem ad Orthographiam pertinere, iudicas FRANCISCE. MORANDE ideo hanc etiam partem, hortatu impulſi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines diſſentire conſtet hoc ipſum argumento eſt, huiuſce artis, ac ſtudii ſcientiam non eſſe contemnendam. equidem uſu didici, obſcuras ſaepe ſententias, ſi recte diſtinguantur, illuſtrari; contra, diſtinctionis uitio, loca multa ita perturbari, atque peruerti, uix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem umquam poſsint. Quocirca, hoc de genere aliquid praecipere, operaepretium uidetur. nec tamen recuſo quin

quin, meliora ſi quis attulerit, opinio noſtra corrigatur. Et, ut ab infimis ad ſumma, quaſi per gradus adſcendamus

Primum

PRIMVM *illud ſciendum eſt, minimam eſſe diſtinctionem auerſum ſemicirculum, qui hoc modo deſignatur , quam alij Virgulā, alij Comma, non nulli Semi punctum appellant: ea uero non integram ſententiam, nec ſententiae partes terminat, ſed nomina, uel verba diſtinguit, quae modo aliquid differant, ut, cū dicimus,* Vir probus, & eruditus: *aut,* Grauitate, ſtudio, contentione: *& in ſimilibus. ſeruit etiam verbis, non eadem ſignificantibus, hoc modo* Hortari, orare, monere. *ſed quaedam virtutes uſu nimio, delabuntur in vitium. Sic animaduerti ſi omnibus verbis, varia ſignificantibus, haec apponatur nota , nō modo non explicari ſententiam, ſed etiam impediri, vt, ſi uelis, quot verba ſint, totidem diſtinguendi notas apponere, quia non eadem verborum omnium ſignificatio videatur. quod interdum accidit*

EADEM *nota, ſi cum vnico puncto coniungatur, vt ſit haec ; aliter uſurpatur. modo enim diſtinguit contraria nomina, hoc modo:* Publica, priuata; ſacra, profana; tua, aliena. *quo in exemplo, ſatis conſtat, neque vnicum ſufficere ſemicirculum, & ea nota, quae gemino puncto deſcribitur ſic : nimium ſententiam retardari. interdum etiam locum habet in ijs locis, ubi non contraria nomina ſunt, ſed ſententia ita uariatur verbis, ut, ſi ſemicirculum apponas parum ſit; ſi gemina puncta, nimium. uti exemplo cogitabam: ſed ; effluxiſſe exemplum ſatis apertum*

ſenſi

sensi, in proxima superiore sententia. cuius generis occurrunt plurima in antiquorum libris. quamquam cur parcam operae? cum praesertim inter omnes notas hanc, de qua nunc agimus, esse omnium difficillimam intelligam. exempla igitur haec erunt: Ratio docet, si aduersa fortuna sit, nimium dolendum non esse; si secunda, moderate laetandum. *nam, si post illud,* Non esse, *addas semicirculum, quasi praecipiti cursu sententia feretur: quae tamen, cum bipartita sit, post priorem partem omnino debet parumper consistere. si uero bina puncta in eo loco malis adiungere, tantam separationem sententia non feret: cuius posterior pars a priore pendet: quandoquidem uerbum,* Docet, *utramque sententiae partem aeque regit. Simile hoc est:* Tu, quid diuitiae ualeant, libenter spectas; quid uirtus non item. *Vtamur etiam longiore ambitu, ut ostendamus, quid inter bina puncta, & punctum semicirculo impositum, intersit. ad Torquatum ita scripsit Cicero:* Etsi ea perturbatio est omnium rerum ut suae quemque fortunae maxime paeniteat nemoq. sit, quin ubiuis, quam ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono uiro, Romae esse, miserrimum sit

SEQVITVR *geminatio puncti: cuius ea uis est, ut quasi medium locum obtineat inter punctum semicirculo iunctum, & unicum punctum. nam bina puncta*

si cum puncto, & semicirculo comparentur, plus ad sententiam disiungendam ualent; si cum unico puncto, minus omnino autem usurpantur, cum sententia uel duas, uel plures, habet partes, quae suis singulae uerbis regūtur per se consistunt, absolutaeq. sunt ut, quemadmodum ex integris membris fit integrum corpus, item ex integris partibus sententia consistat uniuersa. Exemplum hoc erit, ex eadem Ciceronis epistola: Etsi, quocumque in loco quisque est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum; tamen oculi augent dolorem qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miseriis cogitationem sinunt. *Interdum autem ita longe progreditur sententia, ut non uno tantum loco, sed iterum, & saepius gemino puncto distinguenda uideatur; praesertim cum integras habet partes, in quibus non modo semicirculus, sed nec punctum cū semicirculo sufficiat*

RESTAT *unicum punctum, quo sententia concluditur, ac terminatur. nec difficilem cognitionem habet quis enim non uidet, quo verbo sententia finiatur quamquam, ubi concisa sententia est, & concisa item altera subsequitur, gemino puncto ego quidem utor libentius, quam unico. ut in hoc exemplo:* Hospitium mihi para: cras enim adero: *& in hoc:* De meis rebus nihil tibi mando: tu, quid agendum sit, iudicabis. *Illud etiam a proposita narratione*

» dum, ipse quoque, cum tot alijs, qui argumentum
» huiusmodi amplexi sunt, quaesiero. I, siquidem, an
» E, potius sit huius nominis vocalis prima, littera-
» tissimis illis, qui superiori Aetate claruere, uiris (Po
» litianum significat) haud parum negotij facessit
» Atque illud in primis non ierim insitias, in Roma-
» no Codice passim, VERGILIVM, & VERGILI
» per, E vocalem secundam scribi. sed enim id ea de
» caussa factum crediderim, quod mutatio litterae I in
» E, atque itidem E in I, sit toto eo Codice frequentissi
» ma: vt, sublimes in aethere Nisus; pro, Sublimis
» Quique nouas alites: pro, Alitis. Aut, Phyllides
» ignes; pro, Phyllidis. Tum, Regidas motare cacu
» mina quercus; pro, Rigidas. fuerunt enim saecula
» quae I litteram odio quodammodo prosequi visa sunt
» Contra, quae libentius E, per I litteram proferre mal
» lent. hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus, Var-
» rone teste, qui nunc MERCVRIVS. Et ex eadem
» originatione Commircia illi per I, secunda syllaba
» quod Nos Commercia per E libentius enunciare uo-
» luimus. Quid, quod, ELIGANTER, secunda syl-
» laba per I scribendum praecipit Caper, quod ab Eli
» go descendat? nemo vnus tamen dictionem ita pro-
» ferre nunc auderet. Pari modo idem auctor, EXIN
» TERAVIT, quod ex interioribus verbum emanarit
» & scribendum, & pronunciandum, monet. cum
» nos tamen τὰ ἔντερα, dictionem Graecam, agnosca-
» mus, vnde verbum id conformauerimus. Et, ne
» taedium afferat singulorum nomenclatura, sexcenta

huiusmodi

Virgilius.

" ta huiusmodi praeteribimus. Vt minus me moueat
" quod in Pandectis quoque illis, quae nunc Floren-
" tiae publice asseruantur, libro ipso Iustiniani Prin
" cipis, vt creditur, archetypo, non aliter, quam
" per E nomen id notetur. Sint Commentaria Tiberij
" Donati, grandioribus notata characteribus; sint
" codices alij, atque alij, huius uel illus Auctoris, in
" quibus VERGILIVS, per E scriptum inueniatur
" Aetatis quippe id consuetudine, non ratione, fa-
" ctum contenderim; tot alijs nominibus, quod ad
" has litteras pertinet, pro temporum uarietate, ua-
" riantibus. quod si aliqua reperiantur monumen-
" ta, in quibus VERGILII nomen per E nota-
" tum sit, certe longe plura sunt, in quibus VIR-
" GILIVS per I legatur. Et, ne de Marone
" dictum dubitemus, visebatur in Foro Traiani
" proximus his annis monumentum id, quod HONN
" IMPP. in Claudiani, poëtae luculentissimi, me-
" moriam erexerant. in quo, praeter Latinam inscri
" ptionem, quae facti consilium, & Claudiani meri-
" tum, indicaret, Graece insuper κατ' ἐπιτομὴν in-
" cisum distichon legebatur huiusmodi:

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ. (ΜΟΥCΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡωΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΗΣ (ΕΘΕCΑΝ·

" Ex quo manifestum est, VIRGILII Maronis no-
" men in monumentis publicis per I notatū fuisse. An
" vero memorem Graecos Codices, in quibus Virgilij

nomen habeatur? ſane apud Stephanum in dictione Μάντυα, nomen hoc per ἰῶτα legitur, nō per E ψιλὸν ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητής. Sed, haec perquirere non eſt cōſilium. nā obijcient, in Suidae collectaneis Vergilij Maronis nomē per E legi in dictione, Ἀππιανὸς qui Virgilij Georgicon Metaphraſim fecit. Sed ia magis abſurdum, quod in eodem loco; VERGILLIVS, LL geminato legitur, Βεργίλλιος; uti etiā in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri. quamquam id ea ratione factum eſt, (de vocali tantum loquor) quod VIRGILIVM a virga plerique dictum agnoſcebant, id ſcilicet a Matris ſomnio deſumptū. Virgam vero recentiora illa tempora per E, ut nunc quoque uulgo dicitur, VERGAM primo dicere, inde VERGILIVM, eadem ſtribiligene, ſcribere coeperunt. Sed enim, ſi ab Etymo nominis huius rationem petamus, Virgilio nomen a Virginali facie, uel modeſtia, inditum, Interpretes affirmant; eūq. PARTHENIATA vocatū, tā veterū ſcripta; quā inſcriptiones librorū eius oſtendunt in quibus tot Codicibus uetuſtis notatum inſpicitur

P. PARTHENIATIS. VIRGILII. MARONIS

Accedit huc Epigramma Graecum, quo Dido queri uidetur, alienum quid Virgilium a ſui nominis ſignificatione feciſſe, cum pudiciſſimae feminae tam foedas impudicitiae notas iuſſit. ad id enim adludit finis ille

Πιέριδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα
Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης

Quare

» Quare, siue Etymon a Virga, siue a Virginali spe-
» cie: vnde illi tam celebre nomen; VIRGILIVS, per
» I, scribi debere uidetur. Quod uero apud Roma-
» nos in Antiquorum monumentis nomen id per E non
» numquam notatum inueniatur, vt apud Angelum
» Colotium, in eius hortis

C. VERGILLIVS. MARTANVS. COLONVS

» Hos, aequo aliquo dato iudice, percunctari uelim, si
» tantum illis monumentis tribuunt, ut, quidquid in
» illis inspexerint, pro lege habeant; cur non & reli
» qua eodem modo scribenda censent, quo singula eo
» dem marmore scripta sunt; quippe VERGILLIVS
» LL. geminato, BONE, & CARE, absque diphthon-
» go, in Acquisitiuo casu. cur, quia in alio marmore
» peruetusto, Romae, Q. BERGILIVS, legitur, non
» itidem praecipiunt, BERGILIVS per B mutam
» non per v digammon scribendum esse. Nam, quod
» alibi legatur

M. VERGILIVS. NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIIII

» non magis me mouerit, quam, VERGINIA, & VER
» GINIVS, praeter Analogiae rationem, per E, quo
» dam in monumento scriptum. Pari sententia, ho-
» die, haudquaquam ego DEANA scripserim, quod
» ad D. Eustachij legerim, DEANAE. D. D. neque
» MENERVA, LEBER, &, MAGESTER, quae per
» E protulisse Veteres, Fabius attestatur. Neque, IO-
» VE, datiuo casu; tametsi Aquilae, intra Aedem San
» cti Secundi, notatum sit

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F

» *Neque itidem,* DIE, *&* VICTORE; *pro,* DII, *&* VI
» CTORI. *quae idem apud Veteres Quinctilianus ag-*
» *noſcit. Verum ego plurima, quae ſuper hoc dici poſ-*
» *ſent, de induſtria praetermitto; qui certo ſciam, cla*
» *riſſimos litteratura viros, quorum lucubrationes*
» *propediem in lucem ſpero prodituras, ſatis ſuperq*
» *ijs, qui* E *litteram in eo nomine adamarunt, reſpon-*
» *diſſe. Haec Pierius. Contra tamen Coelius Rhodi*
ginus Antiq. Lect. lib. VII. *cap.* 4. *& Politianus Epiſtolarum lib.* V. *et Miſcellaneorum cap.* LXXVII *Piery tamen ſententiam magis probo. etſi ſupra in* APVLIA, 3. *Vergilius, per* E, *legatur*

VNGVENTARIVS, *non,* VNGENTARIVS. *libri veteres, & lapides. quamquam in alijs contra*

Romae, apud Atilium Delphinium. 1

FAVSTVS . PO . . . .
INSTITOR . VNGVEN

Vide & in, HILARVS, 18

Venusij, Apuliae opidi, in Templo Annunciatae. 2

CLAVDIO . PHI
LARGYRO . VN
G E N T A R I O
ISQ . FAMILIAM
SVAM.MANVMISIT

Voltwrcius.

PECVNIAMQ
LEGAVIT

VOLCANVS. libri veteres, Virgilius Carpensis, & Vaticanus. Vnde & in lapidibus Capitolinis, VOLCANALIA; assentiente Kalendario uetere Romano, & alijs lapidibus

Romae, ad D. Mariae in V.a Lata. 1

Cn. Sergius. Cn. L
Anthus. Pater

Cn. Sergio. Cn. F. Vot
PrIsco. FIlio. Suo
PraetorI
SacrIs. VolcanI. Ex. D. D
AedIli. Adlecto

In domo Caesia. 2

M. Corneli. Pal. Valerian
Flamini. Praetori. II. Sact. Volcani
Decurion. Laurentium. Vici. Aug. eius
Patrono. Corporis. Lemnic. Viariorum
Auxiliariorum. Ostiensium

Vide &, in, QVINCTVS, 2

VOLTVRCIVS. *lapides*

Romae, ad Agonem, prope D. Agnetis, in scala quadam. 1

A. Volturcio. Pamphioni

VOLTVRNVS. *ex antiquis libris, & eodem Kalendario*

VVLSINIENSES, *non*, VOLSINIENSES. *lapides Capitolini: etsi aliter alij lapides. Vide, in* BAETICA, 2

VVLSO, *non*, VOLSO, *Maniliorum Cognomen. lapides Capitolini*

ZMYRNAEI *Populi. libri veteres, & lapides: quamquam in alijs legatur, Sdmyrnaei*

Romae, in Aede D. Crucis, ad Forum Iudaeorum. 1

TI. CLAVDIO
ONESIMO
VIATORI
COLLEGI. MAGNI
CLAVDIA. ZMYRNA
COIVX

Malphiae. 2

DIVO. IVLIO
CIVIT
ZMYRNAEORVM

Interpungendi ratio

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F

FRANCISCO. MORANDO S. P. D

INTERPVNGENDI rationem ad Orthographiam pertinere, iudicas FRANCISCE. MORANDE ideo hanc etiam partem, hortatu impulſi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines diſſentire conſtet hoc ipſum argumento eſt, huiuſce artis, ac ſtudii ſcientiam non eſſe contemnendam. equidem uſu didici, obſcuras ſaepe ſententias, ſi recte diſtinguantur, illuſtrari; contra, diſtinctionis uitio, loca multa ita perturbari, atque peruerti, uix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem umquam poſsint. Quocirca, hoc de genere aliquid praecipere, operaepretium uidetur. nec tamen recuſo quin

quin, meliora si quis attulerit, opinio nostra corrigatur. Et, ut ab infimis ad summa, quasi per gradus adscendamus

Primum

PRIMVM *illud sciendum est, minimam esse distinctionem auersum semicirculum, qui hoc modo designatur , quam alij Virgulã, alij Comma, non nulli Semipunctum appellant: ea uero non integram sententiam, nec sententiae partes terminat, sed nomina, uel verba distinguit, quae modo aliquid differant, ut, cũ dicimus,* Vir probus, & eruditus: *aut,* Grauitate, studio, contentione: *& in similibus. seruit etiam verbis, non eadem significantibus, hoc modo* Hortari, orare, monere. *sed quaedam virtutes usu nimio, delabuntur in vitium. Sic animaduerti si omnibus verbis, varia significantibus, haec apponatur nota , nõ modo non explicari sententiam, sed etiam impediri, vt, si uelis, quot verba sint, totidem distinguendi notas apponere, quia non eadem verborum omnium significatio videatur. quod interdum accidit*

EADEM *nota, si cum vnico puncto coniungatur, vt sit haec ; aliter usurpatur. modo enim distinguit contraria nomina, hoc modo:* Publica, priuata; sacra, profana; tua, aliena. *quo in exemplo, satis constat, neque vnicum sufficere semicirculum, & ea nota, quae gemino puncto describitur sic : nimium sententiam retardari. interdum etiam locum habet in ijs locis, ubi non contraria nomina sunt, sed sententia ita uariatur verbis, ut, si semicirculum apponas parum sit; si gemina puncta, nimium. uti exemplo cogitabam: sed ; effluxisse exemplum satis apertum*

sensi

si cum puncto, & semicirculo comparentur, plus ad sententiam disiungendam ualent; si cum unico puncto, minus omnino autem usurpantur, cum sententia uel duas, uel plures, habet partes, quae suis singulae uerbis regũtur per se consistunt, absolutaeq. sunt vt, quemadmodum ex integris membris fit integrum corpus, item ex integris partibus sententia consistat uniuersa. Exemplum hoc erit, ex eadem Ciceronis epistola: Etsi, quocumque in loco quisque est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum; tamen oculi augent dolorem qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miseriis cogitationem sinunt. *Interdum autem ita longe progreditur sententia, ut non uno tantum loco, sed iterum, & saepius gemino puncto distinguenda uideatur; praesertim cum integras habet partes, in quibus non modo semicirculus, sed nec punctum cũ semicirculo sufficiat*

RESTAT *vnicum punctum, quo sententia concluditur, ac terminatur. nec difficilem cognitionem habet quis enim non uidet, quo verbo sententia finiatur quamquam, ubi concisa sententia est, & concisa item altera subsequitur, gemino puncto ego quidem utor libentius, quam vnico. ut in hoc exemplo:* Hospitium mihi para: cras enim adero: *& in hoc:* De meis rebus nihil tibi mando: tu, quid agendum sit, iudicabis. *Illud etiam a proposita nar*

ratione

ratione non alienum videtur, post vnicum punctum si sequatur sententia, superiori non dissimilis, primũ verbum littera minuscula incipere; si uero dissimilis maiuscula. quod si non solum dissimilis sententia, sed omnino dissimile sequatur argumentum : tunc ea quae sequuntur, non solum vnico puncto, & littera maiuscula, sed etiam aliquo interuallo, seiungenda sunt: ut appareat diuersae materiae principium esse

INTERROGANDI *nota quem sibi locum postulet, verbum ipsum significat. in dolore autem, & in admiratione, si quis vnico puncto, non interrogandi nota, vtetur, meo iudicio recte faciet, vt in hoc exemplo:* Quanta calamitas impendet reip. *& in hoc* Quantas utilitates humano generi philosophia peperit. *Interdum, licet manifesta interrogatio sit, Interrogandi tamen nota non vtimur, vt, cum sententia usque eo producitur, vt illa interrogandi uis, quae primis verbis agnoscebatur, longiore paulatim spatio deminuta, euanescat. probetur exemplo:* An tu putas esse bonos uiros, qui amicitias utilitate sua colunt, nihil ad humanitatem nihil ad honestum, referunt; nec libenter ea curant, quae ego nisi curarem praeter cetera prorsus me tua beneuolentia, in qua magnam felicitatis meae partem soleo ponere, indignum putarem

DE PARENTHESI *pauca dicam: unum hoc tacere non possum, inepte facere, qui haec Parenthesi includunt*, Vt puto, Vt res indicat, Vt a maioribus accepimus, Quod equidem facile intellexerim, *& similia; quae si semicirulo distinguantur aut saltem puncto & semicirculo, satis erit. Parenthesi includi oportet ea, quae nec sententiae partes sunt, nec ab ullo aut antecedente, aut subsequente verbo reguntur: nec, si absint, detrimenti quidquam patitur sententia*

DE ACCENTIBVS *non sunt iteranda, quae iam diximus in littera A*

NE ILLVD *quidem negligemus, vt, quantum in nobis est, studiosis Orthographiae consulatur. animaduerti multos errare in diuidendis verbis: quod in angustis librorum impressorum paginis fieri necesse est Sed haec in simplicibus verbis aperta cognitio est: nisi si quis ita hebeti ingenio est, vt syllabas ipsas non internoscat. in compositis autem plus requirttur industriae. quo de genere nihil possum praecipere, si unde composita verba sint, ignoretur. quod si compositionis origo pateat, simul diuisio syllabarum patebit. addam tamen exemplum. Exsules si diuidendum sit, numquam ita diuidam, E xsu les. cũ enim Exsul, quasi Extra solum, dicatur, quis non intelligit, primam syllabam, Ex, non E, faciendam esse. Sic Specto duabus syllabis ita diuido Spe cto, non*

Spec to

Spec to. id cognoſcitur in verbo primitiuo Specio, a cuius ſupino deriuatum eſt Specto. Item, Diſtringo multi praue diuidunt, Dis tringo: cum ſit diuidendum hoc modo, Di ſtringo. ſiquidem a Di et Stringo manifeſte componitur. Huiuſmodi ſunt innumerabilia: quorum ſyllabas non inſcienter ſeparabit, qui ad compoſitionis originem animum referet



DE VETERVM. NOTARVM EXPLANATIONE


QVAE. IN. ANTIQVIS MONVMENTIS. OCCVRRVNT

ALDI. MANVTII. PAVLLI. F
Commentarius



Ad praeſtantem uirum

AVRELIVM. PORTVLACAM



VENETIIS. MDLXVI

PRAESTANTI . VIRO
AVRELIO . PORTVLACAE

ALDVS . MANVTIVS
PAVLLI . F
S. P. D

NOLI putare, Portulaca humanissime, quod a te absim, satis longo disiunctus interuallo non haerere in animo meo studia, & officia erga me tua: quae cum cogito, (cogito autem saepissime) aliquid esse mihi uideor; cum tamen, plane me nihil esse, & sentiam, & ingenue confitear. amari enim omnes uolunt; & hoc est sane maximum communi Vitae praesidium: qui uero a praestantibus uiris, idest, a tui similibus amentur, & paucissimi sunt, &, quibus cõtingit, ii summum quiddam, summeq. expetendum, assequuntur. nam ut omittam ea, quae Externa bona di-

cuntur, quae optabilia potius, quam laudabilia, ſapientiſsimi homines iure optimo exiſtimarunt: nobiliſsima familia, claris parentibus, auis, maioribus te eſſe natum; fratres habere egregios; in quibus excellit Vincentius, omni uirtute inſignis, iuris autem prudentia, & Latini ſermonis elegantia cum paucis admodum conferendus florere opibus, propinquis, affinibus amicis: haec, inquam, ut omittam quae Tibi ſunt ampliſsima, & attingam ea, quae tua propria ſunt; quis te uno humanior, facilior, benignior? quis eodem grauior, prudentior, temperatior? quae cum per ſe clara ſint, illuſtriora tamen, & maiora fiunt, additis eloquentiae, doctrinaeq. non uulgaribus ornamentis. itaque conſuetudinem, & amicitiam tuam, omnes expetunt: Pontifex uero Maximus, Pius Quartus, ſapientia pariter, & maieſtate ſummus, maiorem in modum te dilexit, in primisq. carum habuit. qui ſi

uixiſſet

uixiſſet, animi erga te ſui clariſsima ſigna apparuiſſent. quod tamen & hoc Pontifice, omni uirtute cumulato, omniumq. illarum artiū, quibus ipſe non mediocriter excellis, amantiſsimo, quin futurum ſit, nemo dubitat. Pater quidem meus, quem ſaepe de te praedicantem audio, & ſumma omnia tibi cupit, &, quae cupit, eadem fore confidit Ego autem, tua captus humanitate, tua uirtute adductus, Patris etiam iudicium, & uoluntatem, ſecutus, obſeruantiam, ac beneuolentiam in te meam omnino etiam Poſteris, ſi modo id aſſequar, declarandam putaui, dicato Tibi diligentiae, ingeniiq. mei, fructu perexiguo. nam, cum ad illuſtrandas Veterū notas, quae pleriſque ſunt obſcurae aliquid, atque adeo multum, laboris & induſtriae, contuliſſem: quidquid operis hoc fuit, exire tuo nomini inſcriptum uehementer optaui: ut, & quo ſim in te ſtudio, & quantum tibi debere me putem, tu ipſe primum, deinde

 ceteri

ceteri omnes intelligant. Vale
Venetiis. ∞ D L X V I. Idibus Febr
qui mihi primus dies est anni X I X

VETERVM

DE VETERVM. NOTARVM EXPLANATIONE

QVAE. IN. ANTIQVIS. MONVMENTIS. OCCVRRVNT

ALDI. MANVTII. PAVLLI. F *Commentarius*

A

A. *absolutio : absenti : abscondo : abesto : accepit : accusator : adimo : adolescens : adiutor : adoptatus adulterium : aedes : aedilitas : aerarium : ager : agrum : aiunt : alij : aliquando : amicus : amor : annis : annumerat : annus : ante : antiquatio : antiqui : Apollinis : appellat : aptum : apud : aqua : arbiter : arbitratu : arcus : argentum : assolet : aucta auctor : auctoritas : Augustus : Aulus : Aurelius : aurum : aut : autem : auus*

A. *Militis ignorantiam denotat*

A, *uel*

$\overline{\text{A}}$. *ager : aut*

$\overline{\text{AA}}$. *Augustalis*

AA. *Augusta : Augustalis : Augusti*

A. A. *abſens Antonius : apud agrum : aurum, argentum*

A A A. *Auguſti, tres*

A. A. A. *auro, argento, aere*

A. A. A. F. F. *aere, argento, auro, flando, ferundo, feriundo, fecundo; flato, flauo*

A. A. A. F. F. Q. TI. *uel*, QV. TI. *auri, argenti, aeris flator fabricae Quirinalis Tiberini, Tiberij Tiberi*

A. A. C. *ante auditam cauſſam*

A. A. L. M. *apud agrum locum monumenti: abſens Antonius legauit monumentum; lege mandauit*

A. A I R. *alij adulterauit*

A. A. S. L. M. *apud agrum ſibi legauit monumentum uel, locum monumenti*

A. A. S. L. M. P. *apud agrum ſibi locum monumenti poſuit*

A. AT. *ante audita*

A. A. V. *ambo, alter ue*

A. A. V. C. *anno ab vrbe condita*

A. B. *alia bona : ante Brutum: ara bona : Aulus Brutus : auſpicijs bonis*

A B. *abdicauit*

A. B. M. *amico benemerenti*

A BN. *abnepos*

A BS. *abſolutus*

A BSC. P. *abſcondita pecunia*

A. B. V. *a bono uiro : arbitratu boni viri*

A B. V. C. *ab vrbe condita*

AC. actio

A. C. a Consule: actionis caussa: alia caussa: alius ciuis: ante caussam, vel, condemnationem

ACC. acceperat: acceptat

AC. D. N. actione Domini nostri

AC. D. Q. T. P. uel, TI. P. actione dotis, quae tibi petitur

AC. L. actio legis

AC. L. AQ. actione legis Aquilliae

AC. MR. Ancus Martius

ACIN, uel

ACON. actionem

ACN. actione

ACŌN. actionem: actionum

A. COSS. CI. a Consiliariys, uel, a Consulibus Ciuitatis

A. C. P. VI. a capite, uel, ad caput pedes sex

ACP. accepta

A. CSL. a Consiliariys, uel, a Consulibus

A. C. S. L. a Consulibus suae Legionis

A. C. S. L. E. C. a Consiliariys suae Legionis, & Ciuitatis

ACT. actor

A. C. V. a claro uiro

A. CVB. AVG. uel, AVGG. a cubiculo Augustorum

AD. adest: adhaesit

AD̄. adiutor

AD. D. ad dicendum, uel, discendum, uel, discor-

diam, uel, discorem

ADE. *adesse*

AD. E. *ad effectorem, uel, effectum, uel, exactorem uel, extorrem*

AD. F. *ad fidem, uel, finem, uel, frontem*

AD. FR. *ad frontem*

ADI. *adimo: adiutor: Adiutricis, Legionis*

ADIAB. *Adiabenicus*

ADI. P. *adiutor patriae, uel, populi, uel, potentiae uel, prouinciae*

AD. L. *ad legionem, uel, limites, uel, locum*

ADL, *uel*

ADLR. *adulterauit*

ADN. *adnepos*

ADOP. *uel*

ADP. *adoptiuus*

AD. P. *ad pedes*

A. D. P. *ante diem pridie*

AD. QSR. *ad quaestorem*

AED. *aedes: aedilis: aedilitas*

AE. D. *aedem dicauit*

AEDF. H. Q. C. P. AMR. PRF. *aedificium hoc, quod cernis, prudens amator perficit*

AEDIL. *Aedilis*

AEDILL. *Aediles*

AEDIL. CVR. *Aedilis curulis, uel, curauit*

AED. IN. M. *aedes inscripsit Marti, uel, Mercedi*

AED. PL. *Aedilis plebis*

AED. S. *aedes Salutis: aedibus sacris*

AEG. *aeger*
AEM. *uel*
AIM. *Aemilia, tribus*
AEQ. P. *aequalis persona. al. equestris*
AER. *aerarij : aerarium : aerarius*
A. ER. A. CAES. *annus erat Augusti Caesaris*
AER. A. CAES. *aerarium Augusti Caesaris*
AER. COLL. *uel*
CONL. *aere collato, uel, conlato*
AER. P. *aere publico*
AER. ST. *uel*
AE. S. *Aerarium Saturni : aere Senatus*
A. F. *actum fide : Aemilius fecit : alia familia: alio facto : alius filius : alter fecit, uel, fuit, uel, fur : ante factum : Auli filius : Aulus filius*
A. FBR. *ad Fossabaurum, al. Fossambaurum*
A. F. P. R. *actum fide P. Rutilij: Aemilius fecit, plectitur Rutilius : ante factum, post relatum*
AFR. *uel*
AFRIC. *Africae : Africanus*
A. FR. *a fronte*
AG. *agil : agit : agitur : Agrippa : agro: agrum*
ĀG. *ago*
A. G. *alia gratia : altera gens : alter Cnaeus, uel, gessit, uel, Gracchus : alterum genus : Aulus Gellius*
A. G. *uel*
A. GELL. *uel*
AVL. GELL. *Aulus Gellius*
AG. E. R. *agitur ea res*

AG. FD. *agri fundus*

AGO. *agor*

AGO. *uel*

AGON. *Agonalia. Ouidius*

AGT. *agitur*

A. H. *alius homo: altera hora: alter heres*

A. H. D. M. *Augustus hoc dari mandauit*

AI. *anima*

A. I. *a iudice: alter iussit*

AIM. *Aimilia, tribus*

AIN. MT. *actione mandati*

A. IV. D. L. I. *aurum, uel, argentum inuenies de lapide isto*

A. K. *ad, uel, ante Kalendas*

A. L. *alluit: alter: alumnus: assolet*

A. L. *adquisitus locus: alia lex, uel, lis: alius libertus uel, locus: altera legio: animo libens: annis quinquaginta: Apollinares, Ludi*

ALA. *alia*

A. L. AE. *arbitrium litis aestimandae, uel liti aestimandae, uel, liti aestimandum, uel, existimandum uel, existimandae, uel examinandae, uel loci aestimandae, uel, examinandae*

ALA. LEG. *alia lege, uel, legione*

ALAVD. P. FEL. *Alaudensis, Piae, Felicis, Legionis*

ALB. *Albatae, factionis*

A. L. E. *arbitrium liti, uel, litis examinandae, uel examinandum, uel, existimandae, uel, existimandum uel, loci examinandae*

ALI. *alimentarius*

A. LIB. *a libris : Auli libertus*

AL. III. L. *Alpinae tertiae Legionis*

A LR. *adulterauit*

ALXA. *Alexander*

AM. *amicus : amnis : aurum*

AMN. *amantissimus*

AM. N. *amicus noster*

AM. NT. AMN. *amicus noster amantissimus*

AM. P. *amabilis persona, uel, prouincia : amicus pius uel, posuit, uel, Principis : amor patriae, populi, potentiae, prouinciae*

AMPHTR. *amphitheatrum*

AMR. *amator*

A. MR. *a maioribus*

AMS. *amicus*

A. M. S. D. A. *Augures male sensere de Auibus*

A. M. T. DEG. *a maioribus tuis degeneras*

AN. *Aniensis, tribus : annis : Annius : annum*

A. N. *alius nepos : ante noctem*

AN. *uel*

ANN. *annis : annos*

ANN. LXXII. *annis septuaginta duobus*

ANG. P. *angelus percussit*

ANN. *annis : Annius : annona : annum*

ANN. SEN. *Annaeus Seneca*

ANNIVER. *anniuersarium*

ANM. *anima*

AN. M. *actionem mandat*

AN. P. R. C. *anno post Romam conditam*

ANQ. *anquisitionis*

ANT. *ante : antea : Antius : Antonius*

ANT. T. C. *ante terminum constitutum*

A. O. *alij omnes : alius ostendit : alter ordo*

AO. P. *auro posito, uel, puro*

A. O. V. F. D. S. AE. M. Q. M. C. S. *alij omnes uiuentes fecerunt de suo aere monumenta, quae monumenta Consulum sententia*

A. P. *actio publica : ad pedes : a Pontifice, uel, Praetore, uel, Publio, uel, pupillo : apud pedes : auro posito, uel, puro*

AP. *uel*

AP̄. *apud*

AP. N. *apud nos*

A. P. C̄L̄N̄. *apud pedes columnae*

AP. IVD. *apud Iudaeam, uel Iudicem*

APOLLIN. *Apollinares, ludi*

APP. *uel*

AP̄P̄. *appellat : Apppius*

APPN. *uel*

AP̄P̄N. *appellantur*

APPS. *Appius ; apposuit*

AP̄P̄S. CLV. *Appius Claudius*

A. P. P. V. F. *apud populum, plebem ue ferant*

A. P. Q. *ad pedes quinque : Auli, Publij, Quincti*

A. P. R. *a populo Romano*

A. P. R. C. *anno post Romam conditam*

A. P. XII. *ad pedes XII*

AR. *aerarium : argentum*
ARC. *arca : arcus*
ARC. II. *arcas duas*
ARG. P. *argentum purum*
ARM. *Armenicus : Armiluſtrum. Varro*
ARM. E. *arma eius*
ARM. P. *arma Pontificis, uel, Principis, uel, publica*
ARN. *Arnienſis, Tribus*
AROMAT: *aromatarius*
ARR. *Arrius*
A. S. *Aelia Sentia: a ſuis*
A. S. L. F. *a ſua lege fecit*
A. S. TT. *a ſupra tecto*
AT. *uel*
ĀT. *autem*
A. T. AB. *adoleſcenti teſticulos abſcidit*
A. T. *uel*
A. TE. *uel*
A. TER. *a tergo*
A. T. F. *Aulus, Titi filius*
A. T. M. D. O. *Aio, te mihi dare oportere*
A. TP. *annuo tempore*
ATQ. *atque*
A. TREB. *Aulus Trebatius, uel, Trebonius*
A. TR. T. *uel*
TP. *ad turrim Tarpeiam*
ĀTR. *auctor : auctoritas*
A. TT. *ante titulum: al. habet titulum*
AV. *Aucus*

AVC. *auctoratus : auctore : auctoritas*
A. V. C. *ab urbe condita*
AVC. *uel*
AVCTOR. *uel,* AVT. *uel,* AVTR. *auctoritas*
AVG. *uel*
AVG. *augur : Augustalis : Augustus*
AVGG. *Augustis*
AVG. L. *Augusti libertus*
AVG. LIBER. *Augusti libertas, uel, libertus*
AVG. N. *Augustus noster*
AVGVST. *Augustalia*
A. VIC. PVB. *a vice publica*
AVR. *Aurelius : aurum*
AVREL. *Aurelius*
AVT. *uel*
AVTR. *uel*
AVC. *uel*
AVCTR. *uel*
AVCTOR. *auctoritas*
AVT. PR. R. *auctor prouinciae Romanorum*
A. X. *annis decem*
A. ☧. *ω*

B

B. *Balbius : Balbus : balnea : beatus : beneficium : bene : bonae : bonitas : bonum : bonus : Brutus . & Bixit. nam veteres interdum & pro* V *littera posuere* B, *ut ex antiquis lapidibus patet*

B̄. *Balbus : bene : bonae*

Ƀ. *beneficiario : bustum*

B̄Ā. *bona*

B. Ā. *bixit annis : bona aurea : bonam actionem : bonum aurum : bonis augurijs, uel, auibus, uel, auspicijs bonus ager, uel, amabilis*

B. AC. *bona actio*

B. ARA. *bona aurea*

BAL. *Balbus*

B. AR. *bona Aurelij*

B. AV. *bonis auibus, uel, auspicijs*

BB. *bonorum*

B. C. *bona caduca : bona caussa ; uel, ciuitas, uel, coniux, uel, controuersia : bonis cessit : bonum commune uel, concessum : bonus Censor, uel Ciuis : uel, Consul*

B. CA. *bona caduca*

B. CD. *bona cauenda*

B. D. *bene dedicauit, uel, denunciauit, uel, donauit uel, dormit : bona dies, uel, domus, uel, dos : bonis Dijs : bonum datum, uel, decretum : bonus decurio uel, dominus, uel, dux*

B. D. S. M. *bene de se meritae; uel, merenti*

BE. *bre*

BE. *beneficium : breuiter*

B. E. *bona eius : bonus est*

BEAT. *Beatus*

B.E.CA. *bona eius caduca : bona est controuersia; uel ciuitas; uel, caussa*

B. E. E. *bona ex edicto*

B.E.I. *bene est illi : bona eorum inueniuntur : bonus est iudex; uel, imperator : bonus, & iustus; uel, innocens*

B. E. IT. *bona eius instituta : bona eorum intus : bonum est iter*

BEL. *bellum*

B. EM. *bonorum emptores*

BEN.ME. *benemerenti; uel, merito*

BERGOM. *Bergomensis; uel, Bergomatis*

B.E.R. *bona eius regit*

B. ER. *bona eorum*

B.ER.INT.VEL. *bona eorum intus* *

B.ER. ST. *bona eorum seruata; uel, seruantur*

BF. *benefecit : beneficium*

B.F. *benefecit: beneficium: bona familia; uel, femina; uel fides; uel, filia; uel, fortuna: bonum factum: bonus fuit*

B'I. *bona femina; uel, filia*

BFC. *benefecit : beneficium*

B.F.C. *benefecit Consul; uel, Censor : bona fide contractum; uel, curauit; uel, cessit: bona fuit caussa; uel, ciuitas; uel, coniux; uel, controuersia: bonae fidei certus*

B.F.CT. *bona fide contracta*
B. F. H. *bonae fidei homo : bonus fecit homo*
B. FI. C. *bonae fidei contractus*
B. FI. *bonus filius : bonorum filius*
B.F.P. *bonae fidei possessor*
B. F. Q. *bonum factum quaere*
B. FR. *bona fortuna*
B. F. V. *bonae fidei vir*
B . G. *bona gens; uel, gloria; uel, gratia : bonum gaudium ; uel, genus : bonus Genius ; uel, grex*
B. GR. *bona gratia*
B. H. *bona hereditaria : bona hora : bonorum heres : bonus heres ; uel, homo*
B. H. M. *bona hic manus*
B.HRT. *bonorum hereditas*
B. H.S.I. *bona hic sita inuenies*
B.HTS. *bonorum hereditas*
B Ī. *Balbius*
BI. *bixit*
B.I. *bene iudicauit ; uel, iussit : bona inuenimus : bonum iudicium : bonus imperator ; uel, iudex*
B. I.E. *bona inueniuntur eorum*
B.I.I. *bene iudicauit index : bonum iudicis iudicium uel, boni*

BIINIIMIIRIINTI. FIICITI *benemerenti fecit*

Romae, ad D. Aegidij. 1

D . M
LICINIO . CLOMIINT
L. COCCIIIVS. GAIONAS
ALVMNVS
QVI. VIXIT. ANNIS . V
MIIS. VII. DIEB . XII
IIT. GAIO. NATI
QVI. VIXIT. ANNIS. II
MIISIBVS. IIX


&, 2

D . M.
M. PONTIVS. HIIDISTVS
DAIINI. CONIVGI
BIINIIMIIRIINTI
VIXIT . ANNIS
MIICVM
TRIBVS

In Aedibus Sudorinorum, ad D. Rocchi. 3

SACR
SILVANO
D. D
SIISTIA
HIILLAS
ET. L. SIISTIVS
MAGNVS

B. IT. *bona instrumenta*
B. K. *bona Kastra: bonus Kaeso*
B. L. *bona legio, uel, lex: bona libera: bonum lucrum bonus libertus, uel, locus*
BL. *Balbus*
B. LB. *bonorum liberi, uel, liberti*
B. LI. *bonorum liberi, uel, liberta, uel, liberti*
BLS. *Balbus*
B. M. *bona materia, uel, materna, uel, memoria, uel mercede, uel, moneta, uel, mulier: benemerenti: benemerentes: bene militauit: bixit mensibus: bonae memoriae*
B. MA. *bona materna*
B. MB. SE. *benemerentibus serua*
B. M. E. *benemerenti erexerunt*
B. M. F. *benemerenti, uel, benemeritae fecit*
B. M. F. C. *benemerenti, uel, benemerentibus faciundum curauit*
B. M. H. E. *bona memoria, uel, mulier hic est*
B. M. L. D. *benemerenti locus datus*
B. M. M. P. *benemerenti monumentum posuit*
B. MN. *bona munera*
B. M. P. *benemerenti; uel, benemerentibus; uel, benemeritae posuit*
B. M. P. F. *Benemerenti publice fecit*
B. M. R. C. *uel,* CIB. *Benemerent cibum*
B. MR. SE. H. *uel,* B. MB. ST. H. *Benemerentibus serua hoc; uel seruetur hoc; uel, seruetur hic: bonae memoriae seruetur hoc*



B.MRT. *benemerenti*

B. MT. *benemerenti : bene militauit ; bona materia ; materna ; uel, militia ; uel, moneta*

BN. *bonum*

B.N. *bona nostra ; uel, nox : bonae nuptiae : bonum nomen : bonus nepos ; uel, numerus*

BN.E. *bona eius*

BN.E.I. *bene est illi : bona eius ; uel, eorum inuenies : bonus est imperator ; uel, iudex : bonus & innocens ; uel, iustus*

BNGS. *benignitas*

BN.H.I. *bona haec ; uel, hic inuenies*

BN.I̅E. *bona inueneis*

BN.M. *benemerenti*

BN.M. F. *uel*, FEC. *benemerenti fecit*

B.N.M.P. *benemerenti posuit*

BNS. *benignitas*

BNTM. *bonitatem*

B. O. *bene optimo : boni omnes : bonus ordo ; uel, ostendit*

BO.E.INT. *bona eorum inueniuntur*

BŌ.EM. *bonorum emptores*

BO.E.ST. *bona eorum seruantur*

BOIB. *bonis : bonitas*

B.P. *bona paterna ; uel, patria ; uel, pecunia ; uel, persona ; uel, possessio : bonorum possessor ; uel, potestas ; uel, potestates : bonum publicum : bonus pontifex ; uel, populus ; uel, praetor*

B. PC. *bona pecunia ; uel, publica*

B. Q. *bona quaesita : boni Quirites : bono quaestu : bonus quaestor*

BR̄. *bonorum*

BR. *bonorum : breuiter : Britannicus*

B. R. *bona res : bonarum rerum : bonorum rector : bonorum Roma : bonus Rex*

BRITANNIC. *Britannicus*

B.R.P.N. *bono Reipublicae nato*

BRT. *Britannicus*

BRVT. *Brutus*

BS. *bonus*

B.S. *bona suo; uel, sunt*

B.S.F. *bene satisfecit : bene sine fraude : bona salus fuit; bonus Senator fuit*

B̄m.SI. *bonorum serui*

B.T. *bona tutela : bonorum tutor : bonum tempus; uel terminum; uel testamentum : bonus terminus; uel testis; uel, titulus, uel tribunus*

B T̄S̄. *benignitas*

B V̄. *bona uestra; uel, urbs : bene uale; uel, uixit : bonorum uenditor : bonus uictor; uel, vir*

B.V.A. *bene uixit annis : boni viri arbitratu*

B.V̄D̄. *uel,* B. VD *bona uendita*

B'. *Bus*

B V̄S̄. *bonus*

B.V.V. *Balnea, Vina, Venus*

C

C. *Caesar : Caia : Caius : calumnia : Camillus : canis caput : Cato : caussa : caussat: Censor : centum : centuria : certus : citerior : ciuis : ciuitas : cohors : collegium : colonia : comitialis, dies : commune : con Concordia : condemnatio : condemno : coniux : Consul : Conscripti : constituit : contra: contrarius: controuersia : conuentus : conuictus : cornibus : corona corymbus : creatus : credimus : crementum: Crispus : cubitus : cudit : cuius : cum : curauit : Curio custos*

C'. *cuius*

C̄. *Corymbus*

Ↄ. *con : contrarium : cor*

ↃO. *cara : controuersia*

Ↄ. *Caia : con : contra : controuersia : corona : cum*

CA. *Caius : calumnia : Camillus : canis : Cato : caussa*

C̄A. *caussa*

CA. AM. *caussa amabilis*

CAES. *Caesare*

CAES. A. *uel*, AVG. *Caesar Augustus*

CAESS. *Caesares*

CAESSS. AVGGG. *Caesares Augusti, de tribus*

CAMILL. *Camillus*

CAM. *Camerti : Camilla, Tribus : Camillus*

C. AM. *caussa amabilis*

CA. M'. *caussa mortis*

CAP. *capitali*

CAR. *carissima : carissimus : Carmentalia, quod sacratum, & feriae Carmentis, Varro*

CAR. COIV. *carissimae coiugi*

CARISS. *carissimus*

CASTR. PRAET. *Castrum Praetorium*

C. AVG. *Caesar Augustus*

C̄. B. *ciuis bonus : commune bonum*

C. C. *Cays : calumniae caussa: caussa cognita, uel commissa ; uel, contraria ; uel, conuenta : coniugi carissimae : consilium Caesaris ; uel, cepit ; uel, cessit : contractum contrarium*

CC. *uel,* C̄C̄. *circum : circa : ducenti*

CCC. *censa ciuium capita*

CCC. DP. *tercentum duplex*

CCC. T. P. *Tercentum testes posuere : trecenti terrae pedes*

C. C. E. *caussa conuenta est*

C. C. EE. *caussa contraria esse*

C. C. F. *Caesar ; uel, Caius ; uel, Cato ; uel, Crispus curauit faciundum : Caius, Cay filius*

C̄C̄. F̄F̄. *clarissimae feminae*

C. CL. R. *caussa clara Regi*

CC. MM. *ducentorum millium*

C. CON. *contrarium contractum*

C. CR. *Caesar; uel, Crispus, uel, Curio curauit: coniux Caesaris; uel, Crispi; uel, Curionis: contrarius contractus*

C. CT. *Caesar; uel, Crispus; uel, Curio curauit: contrarius contractus*

CD. *condemnatus: Quadringenta*

CD'. *condignum*

C. D. *Caius Drusus: capite deminutus: ciuis domesticus: Collegium Decurionum: comitialibus diebus custos dotis*

C. E. *caussa eius*

C. E. C. *coloni eius coloniae*

C. E. D. *conuictus esse dicetur; uel, coniunctus; uel coniunctum; uel, conuictum*

CEL. *celeres*

CEN. A. *censor AEmilius: censoris arbitratu; uel, auctoritas: censor Aulus*

CEN. AR. *Censoris arbitratu*

CENS. *Censor*

CEN. PP. *uel*, CENS. P. *uel*, CNS. P. *Censor peregrinus; uel, perpetuus; uel, Pompeius*

CENT. *centenaria: centenarium: centonariorum, i. fabrum: centum: centuria: centurio: centurioni centuriones: centurionum*

CENTV. *Centuriones*

CER. *Cerealia, Varro: certamine*

CER. QVINQ. *certamine quinquennali*

CES. *Censor: Cespius*

CESS. *Censores*

C. F. Caij, uel, Catonis, filius, uel, filia: Caius filius caussa fiduciae: creditores fraudare: creditoris fraude: curauit faciundum

C. F. C. clam fugiendi; uel, claui figendi caussa: clam fugit Caesarem, uel, Caium; uel, Camillum; uel Catonem; uel. Censorem; uel, Ciceronem; uel, cohortem; uel, Comitialem; uel, coniugem; uel, Consulem; uel, Crispum; uel, Curionem

C. FLA. R. uel, C. F. R caussa filiae Regis; Cornelia filia Regis

C. F. D. . . . .

C. F. R. caussa filiae Regis: clam fugit Regem: Cornelia filia Regis

C. H. cognouit heredem: custos heredum

C. H. M. *

ↃI. coniacenti

C̅ I. centum millia

CI. caussa iusta: Censor iussit: ciuis improbus: ciuitas improba: coniux improba: coniux irascens: Consul iussit: curante iudice: curauit imperator: curauit iudex

CIB. cibus

CIC. Cicero

C. I. C. uel, CAE. uel, CAES. Caius Iulius Caesar

C. III. INV. Cubitos tres inuenies

C. II. INV. P. uel, C. II. I̅V̅. L. M. cubitos duos inuenes plum

bum; uel cubitos duos, inuenies locum mirabilem

CIPP. Cippum. i. terminum

CIRC. Circenses, Ludi

CIS. cuius

C. I T. caussa iussit: caussa iusta: curauit Imperator

CITS. Ciuitas

CIV. ciuis: Ciuitas

CI. V. O. A. B. Ciuitas ultae omnia aufert bona

CIVIT. Ciuitas

CL. clarus: Claude: Claudia: Claudiae: Claudius clauc: clauis: clemens: cliens: Clodius: collis: Colonia

C. L. Caia liberta: Caij, uel, Caius libertus: cum libertate

Ↄ. T. uel, L; uel, L. Caia; uel, Caiae liberta

Ↄ. L. conliberta: conlibertae: conlibertate: conlibertus

CLA. Claudia, Tribus

CL. COS. DESIG. Claudius, Consul designatus

C. LDBLM. S. caussam laudabilem, suam

Ↄ L. F. Clarissima femina; uel, filia

CLI. Claudius; uel, clarissimus

CLI. Claudius: colonia

C. LIB. Caij; uel, Caius libertus, uel, libertorum

Ↄ L. K. collibertae Karissimae: conliberta Karissima

Ↄ L. K. collibertae Karissimae

CLM. caelum: clamorem

CLN. columna

CL. clarissimus

CLS.F. *clarissima femina*

CLV. *Clusinus : Clustumina, Tribus*

CL.V. *claro, uel, clarissimo viro : clarissimus vir*

C.M; *uel,* CA. M. *Caius Marius; uel, caussa mortis*

C.M. *Caesar Maximus: Caius Marius : caussa mortis; uel, mulieris : ciuis malus : ciuitas; uel, coniux mala : cuius memoria : curauit monumentum*

CM. *uel,* CM'. *comes; uel, comis*

C.MAR.P. *caput margine pleno*

C.ML. *centum millia*

CML. XII. *camelos duodecim*

C.MT. *uel,* CM.MT. *crementum multum*

C.M.T. *caussa, uel, caussam mali tui : caussa mulieris tuae : coniux mala tua : curauit monumentum testamento*

CN. *Cnaeus*

C.N. *Caij nepos: Caesar; uel, Caius; uel, ciuis noster cuius nomen; uel, nuptiae : curauit Numerius*

CN. ARR. *Cnaeus Arrius*

CN. AVRS. *coronas aureas*

C.N.E.C.C. *uel,* C.N.EE.C.Q. *credimus non esse caussam conuentam, uel, quietam*

CN. L. *Cnaei liberta : Cnaei, uel, Cnaeus libertus*

CNTO. *centenario : centonarius*

CNT. VI. *centenaria sex*

ƆO. *uel,* Ɔ. *controuersia*

CO. *condemnati:condemnatus : coniugi: coniungi: coniux*

C.O. *Ciuis optimus : ciuitas omnis : clarissimus ordo*

COD. *pro*, CVD. *cudendo*

COELI. *Coelius*

COEPT. *coeperunt*

COER. *curauit, siue coerauit: vide*, OE

COH. *uel*, C̄ŌH̄. *cohors: cohortis*

COIVX; *uel*, CO. *coniux*

COL; *uel*, CL. *collega: coloni: colonia: coloniae: columen: columna: columnae*

COL. DED. *colonis dedit*

COL. E. C. *coloni eius coloniae*

COLL. *collega: collegae: collegia: collegium: collibertus: coloni: coloniae*

COLL. FABR. M. R. *collegium Fabrorum, Fabrum militiae Rauennatis*

COMENS. *Comensis*

COMM. *commilitones*

COM. OB. *comitia obdurata*

COMP. *Compitalia*

CON. *congium: conlega: consiliarius: consensu: Consul: consularis*

CON. B. M. *coniugi benemerenti*

CONG. DAT. POP. *congium datum populo*

CONIV. *coniugi: coniux: coniunxit*

CONIVG. M. *coniugi merenti*

CONIV. OBSEQVENTISS. *coniugi obsequentissimae*

CONLIB. *conliberta: conlibertus*

CON. OB. *Constantinopoli obrizatum, in aureo nu-*

mismate Valentiniani Caesaris, apud Constantium Landum, Comitem nobilissimum

C. O. N. O. B. *cudit officina nostra omni bonitate*

CON. OP. *coniugi optimae*

CONS. *consiliarius: Consualia; Plutarchus: Consul*

CONS. CAMP. *Consuli Campano*

CON. SEN. ET. EQ. OR. *uel,* ORD. P. Q. R. *consensu Senatus, & equestris ordinis, Populiq. Romani*

CONT. *contra*

CONTAB. *contabiae*

CONTVB. *contubernalis*

CONTVB. D. S. B. M. *Contubernali de se benemerito*

CONTVB. OPT. *contubernali optimae*

CO. *uel.* CVM. OBD. *Comitia obducta; uel, obchiaca uel, obdriaca; obdurata*

COP. *copiarum*

COR. *Cornelius: Coruinus*

CORB. AVRS. *corbas aureas*

CORN. R. F. *Corneliae, Regis filiae*

CORN. *Cornibus*

CORN. AVRS. *coronas aureas*

CORP. *Corpus*

CORR. *correctori*

COS. *consiliarius: Consul: Consularis*

COS. CAP. *Consuli capitali; uel, Consul Capuanus*

COS. DES. *uel,* DESIG. *consul designatus*

COS. II. *Consul iterum*

COS. III. *uel,* TER. *Consul tertium; uel, tertio*

COS.IIII; *uel,* QVAR. *consul quarto, uel, quartum*

COS.QVIR.IVS.MOS. LEG. OBS. *Consul Quirinus ius, mos, leges obseruauit*

COSS; *uel,* CONS. *Consiliarij: Consules; uel, Consulibus*

COSS.DESS. *uel,* DES. *consules designati*

COSS. SS; *uel,* S. *conseruis suis*

COS. TER. *Consul tertio, uel, tertium*

C. P. *Caiae Publij, i. filiae: caussa petitionis: caussam posuit: ciuis publicus: comitialis peregrinus: cras peius: curauit ponendum*

CPRSS. *cupressi*

CPS. *capsa*

C.P.S.E. *caussam posuit sui edicti: ciuis publicus sepultus est: comitialis peregrinus situs est*

C.PT. *caussa petitionis: caussam posuit*

CR. *certe: contrarium: contractum: Creticus: Crispus: Critici: cur*

C.R. *Caius Rufus: Censor* Romae: *ciuis Romanus; uel ciui Romano, uel, ciues Romanos: cohors Romana: consul retulit, uel, Romae: curauit Romae*

C.R.C. *Caesar; uel, Camillus; uel, Crispus; uel, Curius rursus curauit: cuius rei caussa*

C.R.C.P. *cuius rei caussam; uel, caussa praemittis uel, promittis*

C.REGIEN.P.R.FID. *Ciuitas Regiensium, populo Romano fidissima*

CRESCENT. *Crescentiae*

CRIS. *Crispus*

CRT. *contractum*

CRTS. *Curtius*

CRTVS. *circuitus*

CRV. *Crustumina; Tribus*

CS. *Caesar: communis: consiliarius: consul: consularis: cornibus*

C. S. *Caius Sulpicius: canis stupidus: caput suum: carus suis: caussa sua: centum sues: ciuitatis salus vel, stultitia: collegij; uel, consulum sententia: coniux stulta; uel, stupida; uel, sua: controuersia sua cor suum: curauit sibi*

C̄S. A. *Caesar Augustus*

C. S. C. P. T. M. *cum Senatus consulto publice teneri mandauit*

C. S. FL. *cum suis filiis*

C. S. H. *cum suis heredibus*

CSI. *controuersia*

CS. IP. *Caesar Imperator*

C̄S. M. *Caesar Maximus*

C. S. P. E. *cum sua pecunia est*

CSS. *Consiliarii: consiliarius: Consules*

C. SS. *Consiliarij: Consules*

Ɔ SS. *Consules*

C. S. S. *cum suis seruis*

CT. *ciuitas: contra: contrarium: contractum*

C̄T. *caussat*

ƆT. *contractum*

CT'. *caecitas: caput: caussat: centurio: ciuitas*

contra : contractum : contrarium : controuersia : curauit
CTA. *citra*
CTN. *contractum : contrarium*
CTN. VI. *centenaria sex*
$\overline{\text{CTR}}$. *ceterum*
CT. R. *uel,* CT. RAE. *uel*
CT. RM. *ciuitatis Romanae*
CTR. M. *citra murum*
CT. V. O. A. B. *ciuitas vitae omnia aufert bona*
CV. *curam*
C. V. *caussa uirginum: centum vir: centum viri: centũ uirum : clarissimus vir : clarissimo viro : consul quinctum : consularis uir*
CVI. *cuius*
CVIT. *ciuitas*
CVL. *cultores*
CVM. P. *cum pietate*
CVR. *curauit: curiae : Curioni : curiarum: Curionum cursor*
CVRAT. *curatis : curator: curatori*
CVR. MIN. *Curatori minori*
CVR. OP. P. *Curatori operum publicorum*
CVR. PEC. *curatori pecuniae*
CVR. VIAR. *curator viarum*
CVS. *custos*
C. X. INV. A. *uel,* AVR. M. *cubitos decem, inuenies aurum mirabile*
C. X. INV. A. *uel,* $\overline{\text{IV}}$. ARG. *cubitos decem, inuenies*

argentum

C.XX.IV.AVR.M.*cubitos uiginti, inuenies aurum mirabile*

CYR. *Cyrenaicae*

D

D. *dabo: damnat: data: datum: de: dealis: decem: Decimus: decreto: Decurio: decus: dedicauit: dedit dedita; deinceps: denunciandi: deuotus: Deus: dicauit: dicendi: dicit: dictatori diebus: dies: dignus Diis: diuino: diuinus: diuitiae: diutius: diua: diuus: dixit: dolium: dolus: dominus: domus: donatus: donauit: dono: dos: dotata: Drusus: dubium: ducit: dum: duo: durauit: duxit: Quingenta*

D̅. *Dedicauit*

D'. *dedit: dies*

D̅. *dedicauit*

D. *vel*, ɑ. *Diua*

D'. *vel*, D. *damnat: damnauit: damni: dedicauit: dixit: donat: donauit: ducit*

D'. *dedit: dies*

Ɖ. *dedicauit: dedit: donarium*

ɑ. *damnat: decennali: dira: do: dulcissim*

DA. *dona: durauit*

D̅A. *dona*

D. A. *de auibus: Diuo Augusto: durauit annos*

DAB. *dabit*

DAC. *Dacico*

D. A. C. *Diuo Augusto Caesari*

D. AE. *de Aerario*

DAM. *damnato*

D. A. M. S. A. vel, A V. *de auibus male senserunt Augures*

DAT. *Dathicus: datum*

DATHI. vel, DATHS. *Dathicus*

D. A V. F. *Diui Augusti filius*

D. A. uel, D. AVG. *Deo Augusto; uel, Diuo Augusto; uel Diuus Augustus*

D. B. *data bona: D. Brutus*

D B. *debitis*

D. B. C. *de bene consulentibus: de bono communi*

D B. C. D. C. D. E. *diebus Caesaris dictatoris caussa dedicata; uel, dedicatum est*

D. B. DD. *de bonis dixerunt; uel, dicunt*

D. B. I. *de bono iudicio: diis bene iuuantibus*

D. B. I N. *de bonis incertis*

D. B. M. uel, M B. *de benemerentibus*

D. B. N. *de bene notatis: de bonis nostris*

D. B. S. D. D. *de bonis suis dederunt; uel, dixerunt*

D. B. S. F. *de bonis suis fecit*

D. B. S. H. S. S. *de bonis suis hoc sibi sumpserunt*

D. C. *Decurionum collegium: diebus comitialibus: deminutus capite: Diuus Caesar: domesticus ciuis: dotis custos*

D. C. A. *Diuus Caesar Augustus*

D. C. uel, D. C A E S. *Diuus Caesar*

D C B. *Decembris*

D C L. *declinauerunt*

D. C. N. N. B. D. *de Caesare nemo non bene dicat*

D. C. S. *de consilij ; uel, consulum ; uel, consulis sententia*

D C T. *detinendum : detractum*

D D. *dederunt : dixerunt*

D̅D̅. *dedimus*

D D'. *dandam : dandas : dandum*

D D. *uel*, D D. *dederunt : dedicauit : dedicauere : dedicauerunt : dedimus : deditos : declinauerunt : deinde : dixerunt*

D. D. *damnum dedit : dare damnas (esto) decreto dato ; uel, decurionum : decreto ducis : decretum Decurionum : decurionalibus diebus : dedit Deus : dedit dedicauit : dedit, donauit : de donis : deinde : Deo dicauit : Deo domestico : deuotus dicauit : dicauit datum : dijs dantibus ; uel, donantibus : ditio ducis : doctio ducis : domus dicata : dono dedit ; uel, dicauit uel, datum : dotis dictio ; uel, datio : dotem dedit Drusus decreuit ; duc, duc : Ducum dux*

D D C. *dedicauerunt*

D. D D. *Deo dedicauit : dono dedere ; uel, dederunt*

D. D. D. *datum ; uel, datus decreto Decurionum : decreto uel, dono Decurionum dedit : Decreto Decuriones dederunt : de dono Dei : dignum Deo dicatum : dono Decurio dedit : dono dedit ; uel, dicauit*

D. D. D D. *Decreto Decuriones dederunt*

D. D. D. D. *dignum Deo donum dicauit ; uel, donauit : dominus decreuit Deo domestico : donum dignum Deae*

dedit; uel, dedicauit: Drusus decreuit, Dijs dantibus

DD.DD.D.A.A.A. dedicatus; uel, dederunt; uel, dedicauerunt, dono, Auro, Argento, Aere

D.D.D.F. de dono Dei fecit; uel, fecerunt

DDD.N.N.N. Dominis nostris, ter

D.D.D.P.F. dumtaxat decem denunciandi potestatem fecit

D.D.D.S. donum dedit de suo

DD.E.H.L.IO.LIB.PRI.DN.MAR.PV.ET.LI.P. uel LIB.PA. dedicatus est hic locus Ioui liberatori primum, deinde Marti pugnatori, & Libero Patri

D.D.L.M. dono dedit libero munere: donum dedit libens merito

DD'.M. uel, DD.M. dedimus mercedem

D.D.M.M. Deos manes, bis

DD.M.V. dies mali uenerunt

D.D.N.M.P. dare de nutu mihi parat: dotem dare nutu mihi parat; uel, procurat; uel, promittit

DD.NN. Domini nostri; uel, Dominis nostris, bis

D.D.P. donum dedit publice

D.D.Q. dijs, deabusque: dedit, donauitque

D.D.Q.O.H.L.S.E.V. Diis, deabusque omnibus hunc locum sacrum esse voluere; uel, voluerunt

D.D.S. diis, deabus sacris; uel, sacrum

D'.DS. duo deserebantur

D.D.VIR. uel

D.D.VRG. de donis Virginis

DE. Decius: defectus: defertur: defunctus

D. E. *damnatus est : de eo*

DEC. *Decius: decreto : decurio : decuria*

DEC. COL. *Decurio Coloniae*

DEC.DEC. *uel,* DEC.DE. *Decem Decani: decreto; uel, decem Decurionum*

DEC. DECR. *Decurionis ; uel, Decurionum decreto*

DECVR. *Decurio : decursio*

DECVRR. *Decuriones*

DED. *uel,* DEDIC. *dedicata*

D. EE. *damnatum esse*

D. EE. *decretum esse*

DEF. *defunctus*

DEG. A.T.M. *degenerans ; uel, degeneras a tuis maioribus*

DEGN.T.O. *degenerem te ostendis*

D.E.H.L.IO.LIB.PRIM.DN.MAR.PV.ET.LI.P. *Dedicatus est hic locus &c. ut supra*

DENDR. *Dendrophororum : Dendrophorum*

D. E. R. I. C. E. *de ea re ita censuerunt esse : de ea re ita curatum ; uel, consultum est : de ea re iudicium constitutum est*

D. E. R. I. S. *de ea re Iudices sunto*

D. E. S. *designatus : designauit : destinauit*

DE. S. *de sapientibus*

D. ES. *damnatum esse*

D. E. S. *de eius sapientia*

DESIG. *designati*
DESR. *deserta*
DEST. *destinato : destinatus : destinauit : destitutus*
DETI. *defuncti*
DF. *defuncta : defunctus*
D. F. *data fides : Decii ; uel, Diui filia ; uel, filius : Deus uel, diues fecit : donauit fraude : dolum ; uel, donum ; uel, dotem fecit*
DF̄. *defuncta : defunctus*
DFTI. *defuncti*
DFTS. *uel*, DF. *defunctus*
D. G. *dedit ; uel, donauit gratis : dolosa gens*
D. GR. *dedit gratis*
D. H. *dedicauit hic : dedit ; uel, donauit heredibus : dono habuit*
D. H. M. *dari hoc mandauit : domus haec mortis*
D. H. M. AV. *dari hoc, mandauit Augustus*
D. H. P. I. M. R. H. *de hac petra ; uel, poena intus munera ; uel, munere Regis habes*
DI. *dictator*
D. I. *dari iussit : dedit imperator ; uel, iudex ; uel, iure : diis immortalibus ; uel, inferis*
DICT. *dictator : dictauit*
DID. *Didius*
DIFFVS. *diffusori*
DIG. *dignus*
DIG. M. *digna mulier : dignus memoria ; uel, mer-*

cede; vel, morte

DIIIB. *Diebus*

DI. I. M. *vel*, D. I. M. *dijs inferis maledictis; uel mani bus; uel, malis; uel, dari iussit*

DIL. *dilectus: dilectissimus*

DILECTISS. *dilectissimus.*

D. I. L. IV. A. *de isto lapide inuenies argentum; uel aurum*

DIL. S. *dilectissimus seruus*

D. IMM. *deis; uel, dijs immortalibus*

D. IM. S. *uel*, D. I. S. I. *uel*, D. IMS. S. *dijs immortalibus sacrum*

D. IPS. *de ipsis*

DISP. *dispensator*

DIV. *Diualia. D. Iulij dies festus*

DI. V. BE. *dilutum uinum biberat*

D. L. *dat laudes: Decij libertus: decreuit; uel, donauit locum: dedicatus; uel, diuinus locus: delego: de loco: dico; uel, do legem: dijs locum: dominus; uel domus liberti: dono legauit*

DL. *delego*

D. L. *de loco*

D. L. A. P. *domum libenti; uel, libens animo poscunt; uel posuit*

D. L. D. L. *dat laudes dicto loco*

D. L. D. P. *dijs locum dedit publice: dono legauit deuotae personae*

D. L. S. *decreuerunt locum sepulturae: dicauit locum sibi: dijs Laribus sacrum*

D. M. uel, DM, uel, D̄M̄. uel, D̄. M. *dolum; uel, dubium malum*

DM. *demum: Deum: diuum: dulcissimus*

D. M. *decreto mandauit: dedit; uel, donauit monumentum: Deo Mercurio: dignus memoriae: dijs Manibus; uel, Maximis: diuos manes: Diuus Max dolo malo: dolum; uel, dubium malum: dolus malus domus mortui; uel, montium: dormierunt mortui Decumanus maximus*

D. M. AE. uel, A, *Deo magno Aeterno*

D. M. B. D. *de memoria bene dicit: Deo Mercurio Brutus dicauit.*

D. M. B. M. F. *dis manibus bonae memoriae fecit*

D. M. D. *dijs manibus do*

D. M. F. VC. *doli mali, uel, dolo malo, fraudisue caussa*

D. M. L. *dedit monumentum liberto: de male loquentibus*

D. M. M. *dijs manibus meritorum; uel, Meuiorum*

D. MN. FL. R. I. S. E. I. *de munere filiae Regis lucus est ille; uel, iste*

D. M. O. *Deo Max. optimo: dis manibus omnibus domum melius; uel, mitius operans*

D. M. S. *dijs manibus sacrum: dormierunt; uel, dormiunt mortui securi*

D. M. S. C. *dies malus sequitur; uel, sequatur cras*

D. M. S. C. P. *dies mali sequantur, cras peius: dormiunt mortui securi, cras peius*

D. M. S. C. S. RP. T. DEIV. *uel*, DEINV. CAR. *dies malus sequitur cras, si rumpis tonitrua, deinuenies carbones*

D. N. Domino nostro: Dominus noster

DNA. domina

D. N. D. *

D. N. G. diutius non gaudebis

DNN. Dominis; uel, Domini, ter

D. N. M. Q. deuotus; uel, dicatus numini, maiestatique

DNO. Domino

D. N. P. F. F. uel, S. de numerata pecunia facies factum; uel, sacrum

DNS. Dominus

D'O. donatio

D. O. Deo optimo: dijs omnibus

DO. Deo: donatio

DOC. Doctori, pro, ductori

DOM. domui

D. O. M. Deo optimo Maximo: dijs omnibus manibus donum operans; uel, operatus mitius; uel, melius

DOMIT. COS. IN; uel, XIII. LVD. SAEC. F. C uel, F. A C. C. Domitius consul in; uel, XIII. Ludos Saeculares faciundos curauit

DO. M. T. dolo malo tuo

DOS. CS. E. CCL. PC. AG. VS. duos cubitos est conclusa pecunia Augustae virginis

DOT. dotem: dotis

DO. T. dono testamenti; uel, testimonij

DOT. R. dotem recuperauit

DO. TRA. uel, TRIN. Diuo Traiano

DO. VA. uel, VAL. Diuo Valerio; uel, Valeriano

D. P. *dedit pecuniam; uel, potestatem; uel, publice Deo perpetuo: de pecunia: deuota persona; uel, prouincia: diis paternis; uel, patriis; uel, penatibus Diuus Pius: dotem petit: dotis promissio*
D. P. D. *diis penatibus; uel, perpetuis dicauit*
D. PEC. R. *de pecuniis repetundis*
D. PF. *de Praefecto*
D. P. F. *dedit potestatem filio; uel, fratri: denunciandi potestatem fecit: deuota persona fecit: donauit pecuniam filio*
D. PL. *Deo Plutoni*
DPO. *deposito: depositio*
D. P. O. *uel,* OC. *de parte Occidentis*
D. P. ORT. *de parte Orientis*
D. PP. *Deo perpetuo: diis penatibus; uel, patriis*
D. P. P. *de pecunia publica*
D. P. R. *de pecuniis repetundis*
D. PS. *de pauperibus; uel, principibus*
D. P. S. *Deo posuit sibi: Deo perpetuo; uel, diis penatibus sacrum: de pecunia sua*
DP. S. *deposuit sibi*
TMR. *trimagister*

T.M.R. *

TN. *tamen*

TOR. *Tormae; pro, Turmae*

TORQ. *torque*

TP. *tempus*

T.P. *terminum; uel, titulum; uel, tumulum posuit: Tribuniciae potestatis*

TP.B *uel*, T.B. *tempus bonum; uel, breue*

T.P.C. *uel*, D. *titulum publice curauit; uel, dicauit*

T.P.I. *testamento poni iussit: titulum poni iussit*

TPL. *templum*

TP.M. *uel*, T.M. *tempus malum; uel, medium*

TR. *Tribunus: trinus*

TR. Æ. *uel*, ÆR. *Tribuni; uel, Tribunus Aerarij*

TRAI. *Traianus*

TRANS. AM. *trans amnem*

TRANS. P. A. *trans Padum, amnem*

TRANS. PAD. *trans Padum: Transpadani*

TRANSPAD. *transpadana*

TRB. *Tribunus*

TR. CEL. *Tribuni; uel, Tribunus Celerum; uel, Celsium*

TR. F. *Traianae Fortis; idest, Legionis*

TRIB. LATICL. *Tribunus Laticlauio*

TR. P. *uel*, TR. POT. *uel*, TR. PT. *uel*, TRIB. POT *uel*, TRIBVNIC. POTEST. *Tribuniciae potestatis: Tribunicia potestate*

TRIVMP. *uel*, TRIVMPH. *triumphator: triumphauit: triumphum*

TR. LEG. *Tribunus Legionis Secundae*

TR. M. *uel*, TR. ML. *uel*, TR. MIL. *uel*, TRI. MILIT *Tribunus Militum*

TR. *uel*, TRI. P. *uel*, PL. *Tribunus Plebis*

TR. T. *Turris Tarpeiae*

TR. V. CAP. *Triumuiri Capitales*

TR. V. MON. *Triumuiri Monetales*

T. S. F. I. *testamento sibi; uel, suo fieri iussit*

TT. *testamento: Titi, duo; uel, plures: titulus*

TT. IMP. *titulum; uel, tumulum posuit*

TTO. *testamento*

TT. QTS. *Titus Quinctus*

7T7. *intus*

T. V. *testamento uouit : tibi visus : tu vale*

TVB. SAC. *Tubicini sacro*

TVBIL. *Tubilustrum ; quod eo die in atro sutorio Sacrorum tubae lustrantur*

TVD. *uel,* TVDER. *uel,* TVDERT. *Tudertano*

TVL. *Tullia, Tribus : Tullius : tutela*

TVL. H. *Tullus Hostilius*

T. V. *uel,* TITVL. V. *uel,* TIT. V. *titulo visus*

TVT. *tutela*

V

V. *Valde : uale : ualeo : Valerius : ubi : uel: uelut : uel uti : ueniet: uer:uero: uerum: Vestales: ueste: uester uestro : uetat: ueteranus : ueteri : uia : uicit: uictor uidebit: uidetur: uindicta : uindictam: uir:uirgo:uiro:uirtus: uisus: uita:Vitellius: uiuens:uiuus: uixit uniuersi: unum:uocat:uocauit:uolentibus: uolo: uoluit : uotum: uouit: Vrbs:usum : uult:uxor:uicit;uires ; vrbis; uestrae:quadrans: quinctum : quinque*

V. *vel,* VIX. *vixit*

V'. *veluti*

V̄. *vel : ver*

V. A. *vel,* VET. AS. *vel,* ASS. *veterano assignatum : vixit Annis*

V. AET. *virtus aeterna*

VAL. *vale : Valerianus : Valerius*

VAL. C̄S. *Valerius Caesar ; vel, Crispus*

V. A. M. D. H. *vixit annis, mensibus, diebus, horis*

VAT. *vates: Vatinius: uatum*

V.A.XII.M.II.D.III. *Vixit Annis duodecim, mensibus duobus, diebus tribus*

VB. *vobiscum*

V.B.A. *uiri boni arbitratu*

V.B.F. *uir bonae fidei*

VBI. *vrbi*

V. C. *uale coniux : uir clarissimus ; uel, clarus ; uel consularis : urbis conditae : urbs condita: quinctae cohortis : quinctum Consul*

V. $\overline{\text{C}}$. *uel,* $\overline{\text{V. C}}$. *uir clarissimus ; uel, clarus*

V. C. C. F. *uale, coniux clarissima, feliciter*

V. COSS. *uoluerunt Consules*

V. D. *Vestae deuotus: uictor dedit : uinum dilutum: uir deuotus ; uel, dictatorius : uiuens ; uel, uiuus dedit ; uel, dicauit; uel, donauit : uolentibus Dijs*

V. D. A. *uale, dulcis amice : uixit, diebus, annis*

V. DICT. *uir dictatorius*

V. D. N. V. *uale, decus nostrae Vrbis*

V. D. P. R. L. P. *uel,* F. *unde de plano recte legi possit; uel potest ; uel, fecit*

V. D. P. S. *uir deuotus, priuato sumptu: uiuens ; uel, uiuus de pecunia sua*

V. E. *uel,* V. ET. *uerum etiam : uir excellens : uisum est : uotum eius*

VEL. *Velina, Tribus*

VENAT. *uenationem*

VER. *Verona : uerum*

VEST. NF. *uel,* NF. PR. *Vestae nefas Praetori*

VET. *ueteranus : Veturia, Tribus*

VET. EX. NVM. FRVM. *ueteranus, ex numero frumentario*

VET. ASS. *uel,* A. *veterano assignatum*

V^{m}. E. *uerum etiam: ueterum etiam*

V. F. *ualde ; uel, uale feliciter ; uel, felix : uerba fecit: viae Flaminiae : uir fortis; uel, frugalis: uiuens*

uel, uiuus fecit : usus fructus

V. F. C. uiam faciundam ; uel : uiuens ; uel, uiuus faciundum curauit

V. FR. uir fortis ; uel, frugalis ; usus fructus

V. F. S. E. S. uel, ET. S. uiuens ; uel, uiuus fecit sibi, & suis

V. F. S. S. uiuens ; uel, uiuus fecit sibi sepulcrum ; uel sibi, suis

V. H. B. P. uenit hodie bona pecunia ; uel, persona : uetus heres, bonorum possessor : uixit honeste bona persona

V. H. S. F. M. uiuens ; uel, uiuus hoc sibi fecit monumentum ; uel, fieri mandauit

V. I. vir illustris ; uel, iustus

VIC. uicit : uictor : uictores

VICC. uictores

VICT. CÆS. Victoriae Caesaris

VI. G. uel, V̄Ī. G. uerbi gratia

VIG. uigilauit : uigiliae : Vigilum, idest, Cohortis

V̄ĪĪ. VIR. Septemuir

VIN. Vinalia. Varro. uinum

VIND. MA. A. C. X. uindicta manumisso aureos centum decem

VIR. Virgilius : uirgo : uirtus : uirtutes

VIR. VE. uel, V. V. Virgo Vestalis

VIR. VES. Virgini Vestali

VI. S. sex, & semis

V̄ĪT. X. uicit decies

VI. V. sextum uir

V̄Ī. VIR. sextumuir : sextumuiri

VIX. ANN. MENS. DIEB. *uixit annis, mensibus, diebus*

VIX. vel, V. *vixit*

VL. *videlicet*

VLPS. *Vlpianus : Vlpius*

V.L.S. *viuens ; vel, viuus legauit sibi*

VM. *vestrum*

V.M. *viuens ; vel viuus mandauit*

V.M.M. *votum merito Mineruae*

V.MVN. *vias muniuit : vir municipalis*

V.N. *quincto Nonas*

V.N.V. *vires ; vel, uiro nostrae Vrbis*

V°. *vero*

VO. *Voconius : Volero*

VOL. *Volcanalia : Volesus : volet : Voltinia, Tribus : voluit : volumus : voluptas : Volusus*

VOLC. *Volcanalia. Varro*

VOLT. *Voltinia, Tribus : Volturnus : Volturnalia Varro*

VOP. *Vopiscus*

VOS. *Vosonius*

VOT. DD. *uoto dedicauit*

VOT. SOL. LIB. MER. *uotum soluit libens merito*

V.P. *vir patricius ; uel, perfectus ; uel, praetor ; uel, primarius ; uel, probus ; uel, prudens : uiuens ; uel, uiuus posuit : unius profuit : uoto posuit : Vrbis praefectus. uide, in, Orthographia, in,* SPELEVM, I

VP. IP. *Vespasianus Imperator*

V. P. P. P. HIS. TARR. *uir perfectissimus, proconsul prouinciae*

prouinciae Hispaniae Tarraconensis

V. P. R. *ueteri possessori; uel possessioni, reddatur; uel redditum*

V. PRÆ. *uir praetorius : urbis praefectus*

V. Q. uel, V. QVAE. *uir quaestorius*

V. Q. A. L. K. S. *uiginti quinque asses legitime condemnati sunto*

VR. *Urbanus : urbis : urbs*

V. R. *urbs Roma; uel, Romana : uti rogas*

VRB. *Vrbanae, Cohortis : Vrbanus; urbs*

VRB. C. *Vrbis conditae*

VRB. R. *Urbis Romanae*

VRB. SAL. *urbs Saluia*

VRBISAL. *Vrbisalia*

VS. uel, V̄. *uester*

V. S. *uice sacra*

V. S. *uir sacer : uiuens; uel, uiuus, sibi; uel statuit : uoluit Senatus : uotis succedentibus : uoto sollemni; uel soluto; uel, suscepto*

V. S. C. *uoti sententia compos : uoti sui compos; uel, compotes*

V̄S. C̄S. *Vespasianus Caesar*

V. S. D. M. *uiuens; uel, uiuus, sibi dedicauit monumentum*

V. S. D. D. *uiuens, uel, uiuus sibi donum dedit*

V. S. E. S. F. *uiuens sibi, & suis fecit*

V. S. F. *uiuens; uel, uiuus sibi fecit*

V. S. F. I. *uiuens; uel, uiuus sibi fieri iussit*

V. S. I. *uice sacra iudicans*

Romae, ad D. Paulli

FL. EVGENIVS. ASELLVS
V. C. PRAEF . VRBI
V. S. I . REPARAVIT

V.S.I C. *uice sacra indicans*

V.S.L. *uiuens; uel, uiuus sibi legauit: uoto soluto, legauit; uel, libere*

V.S.L.L.M. *uiuens, uel uiuus sibi legauit locum monumenti; uel, monumento*

V.S.L.M. *uiro suo; uel, uiuens; uel, uiuus sibi legauit monumentum: uiuens; uel, uiuus sibi locum monumenti: ui; uel, uoto soluto; uel, sollemni; uel, uotum soluit, libero munere; uel, libens merito*

In Albiciato, pago, Mediolan. 1

I. O. M
MONTVANATES
VICANI. LOVANIVS
V. S. L. M

Vulsiniis. 2

A Y
R M
V S
L M

Non longe a Trebia. 3

MINERVAE
CABARDIACENSI
MARIA. C. MARI
VMBRONIS . F
V . S . L . M

V.S.L.M.H.D.S.P. *uel,* D.S.S. *uiuens; uel, uiuus sibi legauit monumentum hoc, de sua pecunia: uiuens; uel uiuus statuit lege; uel, legem mandari hoc, de suo sibi; uel, de suo sumptu*

V.S.*uel,* VS.L.M.P. *uiuens; uel, uiuus sibi; uel, uiuens uel, uiuus, locum monumenti; uel, monumento posuit*

V.S.P. *uiuens; uel, uiuus sibi posuit: uiui sibi possederunt; uel, posuerunt*

VT. *ueluti: uerumtamen*

V.T. *uel,* V.TRIVMP, *uel,* V.TRIVMPH. *uir Triumphalis*

VV. *ueluti: uenerunt*

V.V. *Virgo Vestalis: uiua Venus: uiuo uiro: uiuus uiuae*

VV.CC. *uiris clarissimis*

V̄V̄.C̄C̄. *uiri clari*

VV.FF. *uel,* V. FF. *uiuentes fecerunt*

V.V.F. *uiuis, uiuens; uel, uiuus fecit*

V̄V̄I. *uerbi*

V.V.L. *Virgo Vestalis locus*

V.V.M.*uel,* MAX.*Virgo Veſtalis Maxima*
V.VRB.*uir Vrbanus*
V.V V. *uiros urbis ueſtrae*
V.V.V.V. *uincens uires urbis ueſtrae.*
V X.*uel,* V̄X̄.*uel,* V̄C̄. *uel,* VN X.*uel,* V̄ C̄S̄. *uxor*
V X O.D. *uxorem duxit*

X

X. *actio : decem : denarij : denarius : (idest, decem librarum) xidus : existimatio*

X'. *existimatio : existimo : decem : denarius : Xynodus*

✱ *Denarij : Denarius. idest, decem librarum*

✱ *Denarius*

X.D. *decies dedit*

X.E. *decies existimatio ; uel existimet*

X.V. *uel,* VIR. *Decemuir : Decemuiri*

X.VIR.STLITIB.IVD. *Decemuir stlitibus iudicandis*

XV. VIR.S.F. *Quindecem uir Sacris Faciundis*

XXII.S. *uiginti duo, & semis*

XXIIX. *uiginti octo : duodetriginta*

XIX. *decimo nono : undeuigesimo anno*

X.MILL. *decem milliaria*

IXI. *mille*

X.P. *decem pedes ; uel, pondera ; uel pondo*

X.P. *decem pedes*

VX. *Quindecim*

XXXIIII. *triginta quattuor*

X. PS. *decem passuum*

YMN. *hymnus*
ᔕ. *Centurioni*
ᔕ *et*
ᔕ: *est*
H. *existimat*
H[i]. *existimatio*
7. Y. Y. *pro*, Y
ZEN. *Zenonius*

☧. *

$\overline{\text{I}}$. *mille*

$\overline{\text{V}}$. *quinque millia*

$\overline{\text{X}}$. *decem millia*

$\overline{\text{L}}$. *quinquagint a millia*

SVMPTA
EX. PAVLLI. PATRIS
COMMENTARIO
IN. EPISTOLAS. CICERONIS
FAMILIARES

EPISTOLARVM. LIB. II

V ETERES Numerorum notas uariarunt, primum quincto loco, deinde decimo, mox quinquagesimo, tum centesimo, eodem in reliquis ordine conseruato, mutato numeri signo, quoties numerus a quinario ad duplum, & a duplo rursus ad quinarium peruenisset

Prima nota fuit I, unus, usque ad quattuor iterata

Secunda nota, V, quinque, in quinario primum numero uariata

Tertia, X, decem, in duplo quinario, ut iam dixi, mutationem recipiens

Quarta, L, quinquaginta, aucto post tertiam notam, idest post X, in quincuplum numero

Quincta, C, centum, duplicato quinquagenario

Sexta, IↃ, quingenta, & hic quincupli ratione seruata

Septima, CIↃ, mille, habita dupli ratione

Octaua mutatio fuit, cum ad quinque millia peruenissent. nam, ne toties iterarent, CIↃ; his notis usi sunt, IↃↃ, quinque millia

Nona mutatio, a quincuplo in duplum, recepit has notas, CCIↃↃ, decem millia

Decima, a duplo in quincuplum, IↃↃↃ, quinquaginta millia

Vndecima, & ultima, a quincuplo in duplum CCCIↃↃↃ, centum millia

Nec ultra notarum mutatio progressa est. Ita sunt omnino undecim uariae, deinceps a nobis demonstratae, tamen iterandae

I, unus
V, quinque
X, decem
L, quinquaginta
C, centum
IↃ, quingenta
CIↃ, mille
IↃↃ, quinque millia
CCIↃↃ, decem millia
IↃↃↃ, quinquaginta millia
CCCIↃↃↃ, centum millia

Quam cognitionem legentibus non iniucundam fore, sum arbitratus

Hoc etiam adiungam, a prima nota, I, ceteras omnes fluxisse. nam, V, duae primae notae sunt infima parte coniunctae

Item, X, est quinarii numeri nota duplicata; cum duae, V, in acuto angulo coniungantur. At L, quid est, nisi prima illa nota, I, recta, & altera prostrata, simul iunctae? quo si addideris in summa parte aliam primam notam, item prostratam fiet centum. non enim priscis temporibus, pro Centum, scribebant, C, quod ad aetatem nostram permansit: sed, [, quae erant tres primae notae consociatae, una recta duae prostratae, cum recta coniunctae, una in

in ſuperiore parte, altera in inferiore. Quingenta uero fecerunt, addita ad tres notas quas proxime nominaui, quarta recta, cum duabus proſtratis coniuncta, hoc modo ⎕ qua figura duplicata, fecerunt Mille, hoc modo [[]. unde poſtea, librariorum arbitrio uariae notae, quae, Mille, ſignificarent, factae ſunt: quarum nonnullas oſtendemus. nam ex []] fieri coeptum eſt, ∞, & ω, & c I ɔ, & CIɔ unde M deriuatum, quo pro Mille hodie quoque utimur: cum olim nota fuerit, non littera

VETVS

KALENDARIVM. ROMANVM E. MARMORE. DESCRIPTVM

In Aedibus Maffaeiorum
Ad Agrippinam

In tabula marmorea, ſuperne fracta

A.K. IAN. F	H. K. FEB. N
B F	A N
C C	B N
D C	C N
E NON. F	D NON
F F	E N
G C	F N
H C	G N
A AGON	H N
B EN	A N
C CAR. NP	B N
D C	C N
E EID. NP	D EID. NP
F EN DIES. VITIOS.	E N
G CAR EX. S. C.	F LVPER. NP
H C	G E N
A C	H QVIR. NP
B C	A C
C C	B C
D C	C C
E C	D FERAL. F
F C	E C
G C	F TER. NP
H C	G REGIF. N
A C	H C
B C	A E N
C C	B EQ. NP
D C	C C
E F	XXIIX
F N	
G C	
XXXI	

D. K. MAR. NP
E F
F C
G C
H C
A NP HOC. DIE. CAESAR
PONTIF. MAX. FACT. EST.
B NON. F
C F
D C
E C
F C
G C
H EN
A EQ. NP
B EID. NP
C F
D LIB. NP
E C
F QVIN. N
G C
H C
A N
B TVBIL. NP
C Q. REX. C. F
D C
E C
F NP HOC. DIE. CAESAR
ALEXAND. RECEPIT
G C
H C
A C
B C
XXXI

C. K. APR. N
D C
E C
F C LVDI
MATRI. MAG
G NON. LVD
H NP LVDI
A N LVDI
B N LVDI
C N LVDI
D N LVD. IN. CIRC
E N
F N LVDI. CERERI
G EID. NP. LVDI
H N
A FORD. NP. LVDI
B N LVDI
C N LVDI
D N LVDI
E CER. N. LVDI
IN. CIRCO
F N
G PAR. NP
H N
A VIN
B C
C ROB. NP
D F
F C
E NP LVD. FLOR
G C LVDI
H C LVDI
XXX

A. K. MAI. N
B F COMP
C C
D C
E C
F C
G NON N
H F
A LEM. N
B C
C LEM. N
D NP LVD. MART.
IN. CIRC.
E LEM. N
F C
G EID. NP
H F
A C
B C
C C
D C
E AGON. NP
F N
G TVB. NP
H Q. REX. C. F
A C
B C
C C
D C
E C
F C
G C
XXXI

H. K. IVN. N
A F MART. CAR
MONET
B C
C C
D NON
E N
F N
G N MENTI. IN
CAPIT
H VEST. NP. PR.
A N
B MAT. N
C N
D EID. N
E N
F Q S T. D F
G C
H C
A C
B C
C C
D C
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D F
E C
XXX

† 3

F. K. IVL. N
G N
H N
A NP
B POPLIF. NP
C N LVDI APOLLIN
D NON. N LVDI
E N LVDI
F N LVDI
G C LVDI
H C LVDI
A NP LVDI
B C LVD. IN. CIR.
C C MERK.
D EID. NP MERK.
E F MERK.
F C MERK.
G C MERK.
H LVCAR. NP MERK.
A C LVD. VICT. CAESAR.
B LVCAR. LVD
C C LVDI
D NEPT. LVDI
E N LVDI
F FVRR. NP LVDI
G C LVDI
H C IN CIRC.
A C IN CIRC.
B C IN CIRC.
C C IN CIRC.
D C
XXXI

E K. AVG. N
F C FER. HOC. DIE C. CAESAR. VICIT. HISP.
G C
H C
A NON. F
B F
C C
D C
E NP HOC. DIE. CAESAR HISPALIM. VIC.
F C
G C
H C
A EID. NP
B F
C C
D C
E PORT. NP
F C
G VIN. F. P.
H C
A CONS. NP
B EN
C VOLC. NP
D C
E OPIC. NP
F C
G VOLT. NP
H NP H. D. ARA. VICTORIAE. IN. CVRIA DEDIC. EST
A F
B F
C C
XXX

D. K. SEPT. N
HOC.DIE.FER. NEP.
E N
F NP
G C LVDI.ROMANI
H NON. F. LVDI
A F LVDI
B C LVDI
C C LVDI
D C LVDI
E C LVDI
F C LVDI
G N LVDI
H EID. NP
A F. F. ÆQVOR. PROB.
B C LVD. ROM. IN. CIRC.
C C IN CIRC.
D C IN CIRC.
E C IN CIRC.
F C IN CIRC.
G C MERK.
H C MERK.
A C MERK.
B N MER
C C ID. AVGVSTI. NATALIS LVD. CIRC.
D C
E C
F C
G C
H F
A C
XXX

B. K. OCT. N
C F
D C
E C
F C
G C
H NON. F
A F
B C
C C
D MEDIT.
E AVGVST. NP
F FONT. NP
G EN
H EID. NP
A F
B C
C C
D ARM. NP
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D C LVD VICT.
E C LVDI
F C LVDI
G C LVDI
H C LVDI
XXXI

A. K. NOVEM. N
B
C
D
E NON. F
F F LVDI
G C LVDI
H C LVDI
A C LVDI
B C LVDI
C C LVDI
D C LVDI
E EID. NP EPVL. INDICT.
F F EQVOR. PROB
G C LVD. PLEB. IN.CIRC.
H C IN.CIRC.
A C IN.CIRC.
B C MERK.
C C MERK.
D C MERK.
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D C
E F
F C
XXX

G. K. DEC. N
H
A
B
C NON. F
D
E C
F C
G C
H C
A AGON. NP
B EN
C EID. NP
D F
E CONS. NP
F C
G SAT. FERIAE SATVRN.
H C
A OPAL. NP
B C
C DIV. NP
D C
E LAR. NP
F C
G C
H C
A C
B C
C F
D F
E C
XXXI

PAVLI. MANVTII
PATRIS
DE. VETERVM. DIERVM
RATIONE

SI. DVO *dierum in genera distribui Annum oporteat, multifariam recte diuidetur, ut sic; Annus constat ex Diebus uel Fastis, uel Nefastis: aut sic ex Diebus uel Fastis, uel Profestis: aut sic; ex Diebus uel Senatoriys, uel non Senatoriis: aut sic: ex Diebus uel Comitialibus, uel non Comitialibus. harum enim quattuor diuisionum, si separatim singulae considerentur, totum Annum quaelibet complectitur Nos autem, cum de Diebus ea, quae scitu digna Censuimus, quaeq. ad Romanae historiae notitiam ualde pertinent, breuiter ostendere instituerimus; ex his diuisionibus utemur ea, in qua quae maior pars est, (duas enim partes habent singulae) ea, cum ea parte, quae in aliis diuisionibus item maior est, comparata, uberior aliquanto esse cognoscitur. incipiemus igitur a nominatis in prima diuisione, Fastis, & Nefastis: quandoquidem Fasti, quae duarum primae diuisionis partium plenior est, plures in Anno sunt, quam quaecumque pars in tribus reliquis diuisionibus latius patet, hoc est, quam uel Profesti, uel non Senatorii, uel non Comitiales. quod si quis opponat, in Kalendario plures notatos esse dies littera* C, *quam littera* F, *unde plures significantur Dies Comitiales, quam Fasti; itaque non recte me a Fastis, ut a pleniore parte, exordiri: sciat, non a me Fastos modo uocari, quos*

 no-

notatos littera F *uidemus, sed omnes plane, quibus fari tria uerba, Do, Dico, Addico, Praetori licebat: quorum e numero Comitiales erant, & ij, quos in Kalendario hae litterae demonstrant,* EN. NP. Q REX. C. Q. S T. D. F. P. *quibus omnibus cum fari liceret; etiam si non id semper fieret; qua de caussa notati sunt alijs litteris potius, quam* F; *vt indicetur, praeter Fari, aliquid etiam fieri licuisse: non absurde mihi facere videor, si ad Fastos, littera* F *notatos, qui quidem uere Fasti dici possunt, quod ijs aliud prorsus nihil fiebat, quo Praetor a iure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus, Fari semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat. vt omnino tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco; primum Fasti ij quibus fari semper & liceret, & soleret; qui notantur littera* F, *suntq. omnes* XXXVIII. *hi & proprie erant Fasti, & toti: proprie, quod per eos nisi cum aliquis casus extra ordinem interueniret numquam Praetor ius non dicebat; toti, quod, Fari horis omnibus liceret. Alterum genus fuit; Fasti ij qui & ipsi proprie Fasti erant, sed non toti; quod ijs quidem omnibus Fari, non tamen horis omnibus, liceret. erant autem hi,* EN. NP. F. P. EN. Q. REX C. Q. S T. D. *quas litteras infra explanabimus. atque hi erant omnes* LXV. *Tertium genus Comitiales fuere, casu Fasti, non proprie; quia, cum Comitia non haberentur, tunc fari solum Praetor solebat. hi modo toti erant Fasti, cum nulla scilicet Comitia haberen-*

berentur; modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. hi CLXXXIV erant. Nos Fastos omnes vocamus; quibuscumque Fari liceret, siue Fasti proprie, siue non proprie, essent itaque, ab his profecti, paullatim progrediemur diuidendo, vt, qui nobis propositus est huius narrationis finis, eo perueniamus. Omnes igitur Dies aut Fasti sunt, aut Nefasti: & Fasti, partim Festi, partim Profesti. Festos plerosque partim Fastos, partim Nefastos fuisse; vt Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Kalendario cognoscitur. quibus enim Festis diebus, adscriptum est NP, ij sunt Nefasti simul, & Fasti; Nefasti, priore parte; Fasti, posteriore. Dies Feralia adscriptam habet F. qui Festus proprie non fuit sed gestandae ad mortuos cenae dicatus dies. quod quia non hora stata fiebat; sed vt cuique commodum erat; ideo totus dies potuit esse Fastus. propterea, vt opinor, littera F notabatur. Festis porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatum licuerit. cuius rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa. quamquam sollemne hoc non erat vt semper Diebus Festis Senatus haberetur; sed legitimum, vt haberi posset. sollemne autem illud, ac statum, ex more maiorum, vt Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur. itaque in Kalendario neque Kalendis, neque Nonis, neque Idibus littera C, quae Comitiales dies significabat, per quos haberi Senatus non poterat, neque diebus omnino ullis Festis adhaeret Profesti dies aut Fasti erant, aut Nefasti. et omnibus

bus

bus Profestis Nefastis haberi Senatum licebat; Profestis autem Fastis non plane omnibus, sed ijs tantum qui Comitiales non essent. quibus autem Profestis haberi Senatus poterat, ijs omnino Agi cum Populo non poterat. contra, quibus Profestis haberi Senatum non licebat, ijs Agi quidem cum Populo licebat, nec tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum uoluntate penderet, penes quos Populi cogendi potestas esset. non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, Comitialibus haberi Senatum non licuisse; declarant illa uerba, in epistola Ciceronis ad fratrem, quae tertia est lib. II. Consecuti sunt dies Comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. et illa in S. C. quod Coelius ad Ciceronem misit, Ep. fam. lib. IIX. Utiq; eius rei caussa per dies Comitiales Senatum haberent, S. Q. C facerent. Quibus verbis, quod extra ordinem a Senatu eo S. C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucide constat. ita Senatus Fastis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: siquidem Comitiales inter Fastos iam retulimus. Nefastis autem haberi omnibus potuisse, iam diximus. Sane, qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. I. in qua, cum dixisset iam, Nam, cum dies uenisset rogationi ex S. C. ferendae; paucis post versibus subiunxit, Senatus uocatur. quod certe mos maiorum minus ferre uidebatur. nam, si Rogationi ferendae dies est, certe Comitialis est: quod si Comitialis; haberi Sena-

tum

tum prorsus non licet : cuius rei testimonio sunt ea quae paullo ante recitauimus & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, et e S. C. nisi si factum id extra ordinem dicamus ; vt Pisonis Consulis iniquissimis conatibus obuiam iretur : qui cum esset lator rogationis, & eius Rogationis, quam ex S. C. et de religione ferebat ; idem tamen erat dissuasor. Comitialium magnus erat numerus : eosq. fuisse dies Fastos, quod supra dixi, ita existimo, vt mihi videar affirmare posse. non enim inani quadam coniectura sed certa in primis, vt puto, ratione commoueor video enim in Orationibus Ciceronis, in Pisonem de Prouincijs consularibus, pro Sextio, mentionem fieri ea de lege, qua P. Clodius Tribunus pl. sanxit vt omnibus diebus Fastis Agi cum Populo liceret quo fit apertum, Fastis quibusdam non id licuisse quod, vt omnibus liceret, lege Clodia sancitum est quam tamen legem non fuisse obseruatam, demonstratum est a nobis in libro de Legibus Romanis. Nec uero mirari satis possum ; cum, Fastos aliquot fuisse Comitiales, pateat ; qui venerit in mentem Macrobio, Fastis, dicere, Lege agi licuisse, cum Populo non licuisse ; Comitialibus autem vtrumque licuisse. quorum alterum uere dictum constat, Comitialibus, inquam, et Lege agi, & cum Populo licuisse : quia scilicet Comitiales erant de numero Fastorum : itaque & illud, omnium Fastorum commune habebant, vt Lege agi posset ; & hoc praeterea proprium, vt etiam cum Populo posset : Alterum autem

die

de Fastis diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte uerum esse uideo in secunda qui possit non esse falsum, haud facile reperio. qui enim Fastis agi cum populo non licet, cum Comitiales omnes fasti sint, &, Comitialibus agi licuisse cum populo, iam ostenderim? dixisset hoc modo: Fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdã Fastis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si quis Fastos, aut Fastos Comitiales diceret, non erraret; cum dies fuerit nullus Comitialis, quin idem & Fastus: sed Comitiales potius, quam Fasti, ut a reliquis Fastis proprio nomine distinguerentur; & Comitiales item potius, quam Fasti Comitiales, breuitatis caussa, uocabantur. Verum, quia libenter, quantum in me est, Antiquitatem soleo tueri; Macrobium, a quo multa didici, quasi gratiae referendae loco, ita conor excusare: ut, cum Fastos nominauit, de ijs tantum intellexerit, qui Fasti, uulgo dicebantur, non etiã de ijs, qui, etsi Fasti ipsi quoque erant, Comitiales tamẽ appellabantur. spectauit igitur non uerbi uim, quae dies omnes, quibus Praetor tria uerba fari posset, siue Comitiales essent, siue non, complectitur; sed consuetudinem loquendi; quod Fastos nominabant eos, quibus tantum lege agi posset; cum eos, quibus cum populo posset, Comitiales praecipuo uocabulo mallent appellare. Quaeritur hic fortasse: cum Comitiales omnes essent Fasti; ijsq. & cum populo, & lege agi posset

ſet; cum populo, quia Comitiales; lege, quia Faſti; fieret ne ſimul vtrumque. Negatur. nam, etſi licebat vtrumque eodem die, non tamen vtrumque poterat eodem tempore. cum enim Populus in Forum conueniſſet quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porro, ſi uacaret locus, qui tamen poſſet Praetor, aut Iudices, in tanto ſtrepitu, quantus coactae in unum locum multitudinis ſolet eſſe, eorum, qui cauſſas agerent, orationes attentis auribus, animisque, ut par eſt, excipere ſedata mente diligenter aliquid conſiderantibus opus eſt. itaque abſurdum eſt, credere, potuiſſe eodem tempore & cum populo agi, & iudicijs operam dari: ſicuti Faſtis ijs, qui Comitiales non erant, eodem quidem die non tamen eodem tempore, & Lege actum, & Senatum eſſe habitum inuenio; ſic, vt Lege ageretur primum deinde Senatus haberetur. quod cum ex alijs locis, tum ex III. & XII. epiſtola libri II. ad Quinctum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes Comitiales eſſent Faſti non quia ſemper Lege ageretur, ſed quia ſemper liceret ſi modo cum populo non ageretur; (nec enim vtrumque ſimul fieri, iam diximus) ita concludemus: Faſtos, littera F in Kalendario notatos, iuriſdictionem omnes habuiſſe; Faſtis, littera C notatis, & ius dici, & agi cum populo eodem die, non eodem tamen tempore, potuiſſe ideoq. Faſtos eos quoque fuiſſe dico, non ex eo, quod fieret, ſed ex eo, quod liceret. Haec de Faſtis: ſuperſunt Nefaſti. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. cum enim opponantur Faſtis, quorum e numero ſunt Comitiales; eo iure, quod omnes Faſti, ſi-

ue Comitiales, siue non Comitiales, habent, prorsus careant necesse est. Festus etiam sic: Die nefasto apud Praetorem lege agere, religiosum erat. Caussas tamen agi, & Concionem haberi, & Legem promulgari, licebat. nam neque Caussas agi, est Lege agi: neque Concionem haberi; aut, Legem promulgari, est cum Populo agi. quae probare singula, magni negotij non esse. Agitur lege, cum Praetor tria verba fatur, Do, Dico, Addico: qui est ultimus iudicij dies: cum uero caussis audiendis Praetor operam dat, Lege tunc non agitur. quare Fastos esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed, Fastum eum quidem esse, necesse est, quo Praetor, aut qui iudicio praeest, cum cõsilio Iudicum sententiam ferre debet itaque in epistola III. libri II. ad Quinctum fratrem Ad III. Idus, inquit, dixi pro Bestia, de Ambitu, apud Praetorem Cn. Domitium. Quem tamen diem (est autem III. Idus Februarij) Fastum non fuisse, Kalendarium indicat: notatur enim, ut Nefastus, littera N nec omnino de octo diebus, qui ab Idibus appellantur mense Februario Fastus ullus fuit, ultimo tantum die hoc est Idibus ipsis, excepto; qui Nefastus priore, Fastus posteriore parte fuit: notatur enim sic, NP. Conciones licet ad Populum haberentur, non tamen Comitiali tantum die, sed & Fasto, qui Comitialis non esset, & Nefasto pariter haberi poterãt. nolo enim quẽquã in eo falli, quia fortasse, Agi ad Populum, & Agi cũ Populo, idẽ esse uideatur: quae diuersa sunt. nam Agebatur ad Populum cum ad Populum concionem aliquis habebat

ut Gellius

ut Gellius docet lib. XIII.cap.V. Agebatur autem cū Populo, ut ait Festus, cum magistratus ad Consilium aut Comitia, uocabat: quod fieri Comitiali dumtaxat die licebat. Concionari autem omnibus aeque diebus licuisse, exempla demonstrant. itaque, quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso Senatu, & S. C. ad populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam priuatus Senator, Concione ei a magistratu data, ad Populum uerba faciebat. nec tamen is erat dies Comitialis. nam Comitialibus fieri S. C. aut omnino Senatum haberi non potuisse, demonstratum est. et Festus haec aperte distinguit, cum ait: Forum est, in quo iudicia fieri Cum Populo agi, Conciones haberi, soleant. Quo die igitur, Agi cum Populo, eodem, Agi apud Populum, licebat: quo autem, Agi apud Populum, eodem, Agi cum Populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet in legendo: quod facillimum est: sunt enim infinita itaque puto me facere non inepte, quod ijs recitandis quae passim exstāt, conterendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum unum uidetur: Cum aduocabatur Concio, ut Populus aliquid suffragijs, rogante Magistratu, scisceret; tunc actum esse cum Populo, non ad Populum: cum uero Magistratus, aut etiam priuatus aliquis, magistratu ei Concionem dante, ad Populum uerba faciebat, non ut suffragia deinde ferrentur, sed ut aliquid exponeretur; tunc non cum Populo, sed ad Populum actum esse. Aliud est igitur, Habere Concionem: aliud, Aduocare Concionem. Habere Concionem, est

Agere ad populum: Aduocare concionem, si aduocatur, ut suffragia ferantur, est, Agere cum populo. ideo scripta sunt haec apud Macrobium lib. I. Sat. Iulius Caesar Auspiciorum lib. XVI. negat, Nundinis Concionem aduocari posse, id est, Cum populo agi, ideoq; Nundinis Romanorum haberi Comitia non posse. Addita enim sunt illa verba, Id est, Cum populo agi, quia non semper, Concione aduocata, cum Populo agebatur, sed interdum ad Populum dumtaxat. Nundinis autem, cum Populo quidem agere, non licuit; ex quo sequebatur, ut Comitia haberi non possent: ad Populum autem agere, hocest concionem habere, certe licuit. non enim aduersatur illud, quod a Cicerone scriptum est, lib. IV. ad Atticum: Ante diem X. kal Nundinae: Concio biduo nulla. Quibus uerbis, id quod factum non est; non id, quod non licuit, ostenditur. nam, cum haberi Nundinis Comitia non possent quod non ex Macrobio tantum, uerum etiam ex Plinio lib. XVIII. cap. III. cognoscitur: propterea ne concionandum quidem P. Clodius, Appius, Metellus putauerunt; qui proximis diebus, Comitiorum caussa Conciones habuerant. Superest de Lege promulganda. id enim de tribus, quae proposuimus, erat tertium Ferendae Legis, & Promulgandae non eadem ratio fuit. Ferebatur die tantum Comitiali; Promulgabatur etiam non Comitiali, siue Fastus; siue Nefastus esset. itaque C. Cato Tribunus pl. rogationem de abrogando Lentulo imperio, die non Comitiali promulgauit. cum enim & post IV. Nonas Februarij, & ante

VIII. *Idus eiusdem mensis promulgauerit: quod ex epistola* III. *libri* II. *ad fratrem colligitur: Comitiali die promulgare non potuit, ac ne Fasto quidem. primi enim duodecim Februarij dies Nefasti omnes fuerunt. Haberi autem Senatum per Nefastos omnes, licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postularet, habebatur; eorum Magistratuum, quibus id iuris erat, arbitratu. ita Senatus in hoc praestare Populo uidebatur: quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est per Comitiales, quae Fastorum pars erat; haberi autem Senatum per duo genera hoc est, & per Fastos eos, qui Comitiales non essent, & per Nefastos omnes, licebat. Erant praeterea Dies aliquot promiscui; quibus totis lege agi, neque omnino licebat, neque omnino non licebat; sed partim Fasti erant, partim Nefasti. horum tria erant genera alij, prima & postrema diei parte, Nefasti, media Fasti; qui dicebantur Intercisi; & in Kalendario his duabus litteris notantur,* EN: *quod est, Endotercisi; pro Intercisi. Veteres enim Endo, pro In, usurpabant. itaque dixit Cicero lib.* II. *de Legibus: Quos endo caelum merita uocauerint. Et Festus notat, Endoitium pro, Initium. Varro autem, lib.* III. *de re Rust. Endo suam domum. Alij priore parte Nefasti, posteriore Fasti: qui notantur ipsi quoque duabus litteris,* N P, *sed coniunctis, hoc modo* ℞: *quod ualet, Nefastus primo cuiusmodi fuisse dies fere omnes Festos, inspecto Kalendario, cognoscitur. Nonnulli, priori parte Fasti, posteriore Nefasti: qui notantur sic,* F. P. *quod, Fastus*

primo, significat. quo ex genere uidemus in Kalendario Vinalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut Fasti erant, aut Nefasti, de Veteribus, quod meminerim nemo nominat. de Fastis autem media diei parte hoc est de Intercisis, Varro sic lib. v. de lingua Lat. Intercisi dies sunt, per quos mane & uesperi est Nefas medio tempore, inter hostiam caesam, & exta porrecta fas: a quo, quod fas tum intercedit, Intercisi dies; aut quod Intercisum nefas. Patet iam, his litteris, quae sunt in Kalendario, F. N. C. F. P. NP. EN, sex dierum genera significari, Fastos, Nefastos, Comitiales, Fastos primo, Nefastos primo, Intercisos. Quod si cui ueniat in mentem, hac duarum litterarum connexione NP, non significari, quod nos diximus, Nefastus primo, sed potius, Nefas Praetori: huius opinionem argumentum primo e coniectura, uel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione ductum, deinde etiam Historiae veteris infirmat auctoritas. argumentum est hoc. Nemo, cui pauciora sufficiunt, pluribus utitur. quid opus erat, ut ij Dies, quibus adscriptum uidemus NP, Nefasti esse indicarentur duas potius litteras, quam unam, apponere? cur NP, inquam, non N? praesertim cum Nefasti dies omnes hac una littera, N, notentur: sicuti & Fasti, eorum quasi aduersarij, una littera, F, demonstrantur. Age, dicat aliquis, leue hoc esse, planeq. nugatorium argumentum. quod sane mihi uidetur contra. quid Ciceroni respondebitur? mendacij ne, & falsitatis, quasi testem corruptum, aut inscientem, arguemus? non ita ut opinor, quisquam desipiet. Sunt igitur haec in Epi-

stola

stola, Risi, Ciceronis verba, libro II. ad fratrem: Cognosce nunc Idus. Decimus erat Coelio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit. Quibus verbis, cum Idus Februarij, de quibus Cicero loquitur, Fastum ex parte diem fuisse, satis constet: quandoquidem eo die Praetor Domitius, ut de reo cognosceret, sententiamq ferret, in Forum descendit: sequitur, ut NP, quod Idibus omnium mensium, exceptis Iunijs, in Kalendario adscriptum uidemus, Nefastus dies omnino significari non possit. Eodem in libro altera est Epistola, quae sic incipit: Sextius noster absolutus est ad II. Idus Mart qui dies, si eo die Sextius absolutus est, certe Nefastus plane non fuit. fuit autem, cum ei sit adiunctum NP, priore quidem parte Nefastus, posteriore autem Fastus: sic uti & Idus Februarii, de quibus proxime diximus, & omnes dies, quibus in Kalendario NP appositum animaduertimus. Aggrediamur nunc; quando & de Dierum ratione, & de litteris, eos significantibus, satis multa, atque etiam, ut arbitramur, satis uera dicta; alias, quae in Kalendario sunt, litteras; aut concisas, eoq. obscuriores dictiones interpretari: ut, quos Antiquitas capit, eorum commodo pro nostra uirili parte consulamus

KALENDARII. ROMANI
EXPLANATIO

NON. *nonae*

AGON. *Agonalia. Ouidius*

EN. *Endotercisus; pro, Intercisus*

CAR. *Carmentalia: quod sacratum, & feriae Carmentis. Varro*

EID. *Idus*

LVPER. *Lupercalia: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro*

QVIR. *Quirinalia: a Quirino; quod huic deo feriae*

FERAL. *Feralia. ab Inferis, & Ferendo, quod ferunt tum Epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi Parentare*

TER. *Terminalia: quod is dies Anni extremus constitutus. duodecimus enim mensis fuit Februarius*

REGIF. *Regifugium. Ouidius. quamquam est inter Ouidium, & Kalendarium, de Die Regifugii controuersia. ille enim assignat ei Februarii diem* XXIII *in Kalendario autem uideo ad* XXIV. *esse appositum nec sane, si modo Regifugii dies* N *fuit, uidetur esse potuisse die* XXIII, *hoc est Terminalibus; qui* NP *dies fuit alioqui dies idem &* NP *&* N *fuisset*

EQ. *Equiria. Varro, Festus, Ouidius*

LIB. *Liberalia. Varro*

QVIN. *Quinquatrus. Varro*

TVBIL. *Tubilustrum: quod eo die in Atrio sutorio Sacrorum Tubae lustrantur. Varro l.* V

Ouidius, Festus

Q. REX. C. F. *Quando Rex Comitiauit, Fas. Varro Festus*

CIRC. *Circenses*

FORD. *Fordicidia: a Fordis bubus. Bos forda, quae fert in uentre, quod ea die publice immolantur boues praegnantes in Curijs. complures a Fordis caedendis Fordicidia dicta. Varro l. v. Ouid. l. 4*

CER. *Cerealia. Varro*

PAR. *Parilia: a Pariendo, ut ait Victorinus Afer Alij, Palilia a Pale; quod eo die Feriae ei deae fiũt. Varro l. v. Ouidius lib. XV. Fast. Festus in verbo, Pales; & Parilibus*

VIN. *Vinalia: a Vino. Varro*

ROB. *Robigalia: dicta ab Robigo, secundum segetes. Varro*

FLOR. *Floralia. Ouidius, Plinius*

COMP *Compitalia*

LEM. *Lemuria. Varro, Ouidius*

LVD. MART. IN CIRC. *Ludi Marti in Circo. Ouidius*

MART. CAR. MONET. *Marti, Carnae Deae, Monetae Iunoni. Macrobius, Ouidius*

IN CAPIT. *In Capitolio*

VEST. N F. PR. *Vestae, Nefas Praetori*

MAT. *Matri Matutae. Ouidius*

Q. ST. D. *Quando Stercus defertur. Varro, Festus Ouidius*

POPLIF. *Poplifugium; pro, Populifugium*

APOLLIN. *Apollinares*

MERK. *Merkatus*

VICT. CAESAR. *Victoriae Caesaris*

NEPT. *Neptunalia*

FVR. *Furinalia*

FER. *Feralia*

HISP. VIC. *Hispaniam uicit*

PORT. *Portunalia*

VIN. F. P. *Vinalia. Fas Praetori. Varro, Plinius*

CONS. *Consualia. Plutarchus*

VOLC. *Volcanalia. Varro*

OPIC. *Opiconsiua. Varro*

VOLT. *Volturnalia. Varro*

H. D. ARA. VICTORIAE. IN. CVRIA. DEDIC. EST. *Hoc die Ara Victoriae in Curia dedicata est*

FER. NEP. *Feriae Neptuno*

F. EQVOR. PROB. *Feriae Equorum probandorum Valerius Max. lib. II*

LVD. CIR. *Ludi Circenses, in Augusti die natali Suetonius, Dio*

MEDITR. *Meditrinalia, a Meditrina Dea Varro*

AVGVST. *Augustalia*

FONT. *Fontinalia. Varro*

ARM. *Armilustrum. Varro*

EPVL. INDICT. *Epulum indictum*

LVD. PLEB. IN. CIRC. *Ludi Plebeij, in Circo Suetonius*

AGO. *Agonalia*

SAT

SAT. *Saturnalia. Macrobius*
OPAL. *Opalia. Varro, Macrobius*
DIV. *Diualia. Diui Iulii dies festus*
LAR. *Larentinalia. Varro, Ouidius, Plutarchus*

18

DE. VITIATA

VOCALIVM

AC. DIPHTHONGORVM

PROLATIONE.

ALDI. PII. MANVTII. ROMANI

A. V. I

Πάρεργον.

H OC loco non uidetur silentio praetereundum, quod de Αι diphthongo hic scribitur, his uerbis. Η γὰρ θέσει μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς ἐπεὶ καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μεῖζόν ἐστι τῆς Α διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ Ι ἐκφονούμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον δύο στρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidem uel hinc colligi potest, Aetate nostra, & maiorum, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perperam Diphthongos omnes, & pronunciari, & pronunciatum esse, praeterquam Αυ, & Ευ, apud Græcos. Nam apud Nos & illas perperam. Si enim Ι in Αι diphthongo ἐκφωνητέον, ut supra est scriptum, uidelicet Α natura longum maius esse ΑΙ diphthongo, quae Ι quod pronuncietur, habeat, perperam, ac barbare eam nunc proferimus, cum E legimus. Nam & Α & Ι in ea sonum habere suum debent confusum in unam syllabam, ut ab Α incipias, & in Ι desinas, quemadmodum in Αυ & Ευ diphthongis facimus. Præterea, Diphthongos omnes proprias hoc modo pronunciandum esse, patet ipso nomine. Diphthongus enim dicitur, quod duos φθόγγους, hoc est sonos & uoces habeat. id quod & Terentianus ait, his Trochaicis

Porro vocalem secuta, uim tenet vocalium
Et sonos vtrosque iungit, unde Diphthongos eas

Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
Syllabam sonant in unam, uiq. gemina praeditae

At si Αι Ε; Οι & Ει Ι; & Ου Υ, legas ut nunc barbare legimus, non diphthongos sed monophthongos pronunciando facies cum sonum utriusque, quae in diphthongo propria est uocalis, iungere debeas in unam syllabam. Nam Ι in Οι diphthongo propria ἐκφωνούμενον dicitur a Grammaticis: contra ἀνεκφώνοντον in Diphthongo impropria Atqui, si Αι Ε sonat, nec Α; nec Ι profertur. Υ etiam in Ου diphthongo ἐκφωνούμενον quemadmodum in Αυ & in Ευ diphthongis, esse debet, ut ab Ο paruo incipias, & desinas in Υ. Sonum autem Ου diphthongi, idest V, ut nunc male pronũciamus, Υ uocalem apud antiquissimos habuisse, existimo Signum est, quod nunc quoque, quod Graeci Δύο, nos Duo dicimus; & quod Illi Σῦς, Μῦς Θύλη, Ρώμυλος, Nos Sus, Mus, Thule, Romulus dicimus; & alia id genus sexcenta. Eodem modo Η & Ω & Ε & Ο non recte pronunciamus. Nam Η & Ε proximum, ac paene eundem sonum habere debent, hoc est Ε, ut Η proferas clarius, & sub palato, Ε uero minore sono in gutture. Exempli gratia, ut Η proferas ut Ε, Latine loquens, in dictione, *Debes*. Ε uero, ut ζ, in dictionibus hisce uulgaribus, *Che dice*, *Che pane*

man-

,mangia ,Che uino beue, cum barbare loqueris, ut nunc uulgus. Sic, Ω magnum proferendum. ut in dictione *Bono*, cum Latine nunc loquimur. Nam apud Antiquos nostros O breue, & O longum non eundem sonum habuisse, existimo; O uero paruum, ut O, in eadem dictione *Bono*; si, ut uulgus, dixeris, E *bono homo ,&, mio amico*. Sic eas litteras pronunciari debere, Terentianus praecipit, cum dicit

Litteram namque E *uidemus esse ad* ηlα *proximam*
Sicut O *&*, Ω *uidentur esse uicinae sibi*
Temporum momenta distant, non soni natiuitas

H praeterea non I, sed E longum sonare debere, ostendit etiam Eustathius, in Homerum inquiens: Βῆ μιμητὰν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς Idem. Βὴ βὴ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. καὶ φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βὴ βὴ λέγων βαδίζει. Oues uero non Vi Vi, ut nuuc Βὴ Βὴ barbare pronunciamus, sed Be Be Balant; & est Balant, pro, Belant, a Βη, mutatione H in A dorice, ut Μήτηρ, mater. Vnde & id colligimus β sic pronunciandum, ut B apud Nos profertur, non ut V consonans, uel F digamma Aeolicum. Alpha igitur, & Beta, & Graecis ipsis dicendum, ut Nos dicimus, non Alpha, & Vita. id quod ex Hebraeis acceptum est; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed

de

de his in Fragmentis nostris longe plura. Vbi etiam Γ, Κ, Λ, Ν, sequente Ι, uel Υ, uel Ει; uel Οι, perperam a Graecis nunc pronunciari, ostendimus; sicut apud Nos, & diphthongos omnes, & C, & G, sequente I, uel E, & Ti, sequente uocali

FINIS

SERIES. CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss
Tt Vu Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd
A B C D E F G H I K L † ††

Omnes sunt quatterniones

